

Windberg, Fredericus
De Herodoti Scythiae et
Libyae descriptione

DE HERODOTI SCYTHIAE ET LIBYAE DESCRIPTIONE

DISSERTATIONEM INAVGVRALEM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

CONSENSV ET AVCTORITATE

IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA

AD

SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

FREDERICVS WINDBERG

FRISIVS

GOTTINGAE

APVD DIETERICHIVM

MCMXIII

De dissertatione probanda ad ordinem philosophorum rettulerunt M. Pohlenz et G. Busolt.

Examen rigorosum habitum est anno MCMXII a. d. VIII Id. Maias.

AVO CARISSIMO CAROLO ARNDT

S.

Eam partem Herodoti historiarum, qua Darei regis Persarum bellum in Scythas gestum enarratur difficultates summas praebere notum est, quia descriptionis partes inter se discrepare videntur [1]).

Quamquam autem iam saepius viri docti quaesiverunt qualis imago Scythiae Herodoti animo obversata sit [2]), tamen me operam perditurum non esse spero, si accuratius de hac re egero.

Ut autem via ac ratione progrediamur, totam eam libri IV.

---

1) Ed. Meyer, Geschichte des Altertums III 114.
G. Busolt, Griechische Geschichte II² 522.

2) Ukert, Geographie der Griechen und Römer 1816—32.
Lelewel, Beschreibung des herodoteischen Scythiens 1836.
Brandstätter, Scythica 1836.
Bobrik, Geographie des Herodot 1838.
Forbiger, Handbuch der alten Geographie 1877, I 68.
Müllenhoff, Deutsche Altertumskunde III.
G. Mair, Das Land der Skythen. Saazer Progr. I 1884, II 1885.
—, Der Feldzug des Dareios gegen die Scythen. Saazer Progr. III 1886.
W. Tomaschek, Kritik der ältesten Nachrichten über den skythischen Norden II, Sitzungsber. der phil.-hist. Klasse der kaiserlichen Akademie der Wissenschaften in Wien 1888, Band 117.
A. v. Gutschmid, Kleine Schriften III 421 sqq.
Reichard, Landeskunde Scythiens. Diss. Hal. 1889.
K. Neumann, Die Hellenen im Skythenlande.
W. Macan, Herodotus Appendix ad l. IV.
Bonnell, Beiträge zur Altertumskunde Rußlands 1882—1897.
Justin Prašek, Geschichte der Meder und Perser II 1910.

partem (1—144) qua de Darei bello Scythico agitur nos perquirere opus est. Sententiarum ordo fere hic est:

1—4 causa belli affertur.

A 5—80 de Scytharum origine situ moribus.

I 5—15 de origine gentis Scythicae,

II 16—58 *descriptio terrae Scythicae,*

a) 16—31 de Scythia ipsa regionibusque finitimis:

1) 17—27 de gentibus agitur,

α) 17—20 gentes Scythicae,

β) 21—27 gentes finitimae quae in orientem spectant,

2) 28—31 de natura loci agitur,

b) 32—36a de Hyperboreis,

36b—45 excursus Herodoti de situ omnium terrarum,

46 transgressio ad

c) 47—58 fluvios Scythiae.

III 59—80 de moribus Scytharum,

81 de eorum numero,

IV 82 de rebus mirabilibus quibusdam,

B 83—144 de Persarum bello Scythico,

83—85a iter ad Hellespontum,

83b—86 digressus de magnitudine Ponti Euxini,

87—98 iter usque ad Istrum et traiectus Istri,

99—101 *descriptio figurae Scythiae,*

102—119 conventus regum gentium finitimarum,

(103—117 excursus de moribus harum gentium),

120—142 bellum Scythicum,

143—144 Darei reditus.

Si hunc sententiarum ordinem percrutamur, videmus descriptionem terrae Scythicae in duas partes esse seiunctam, cum ceteris in libris Herodotus ea consuetudine utatur, ut tum de terrae natura agat, cum primam eius gentis vel terrae de qua agit mentionem fecerit. Ita I 192—200 de Babyloniis, II 2—98 de Aegyptiis egit quibus locis primum eae gentes commemorantur. Quam consuetudinem si sequi volebat Herodotus in libro quarto,

aut statim postquam Dareum belli consilium cepisse narravit aut postquam eum ad fines Scythiae venisse tradidit, descriptionem Scythiae inserere poterat. Mirum autem est, quod eam ita in duas partes divisit, ut utroque loco de Scytharum terra diceret. Qua re ultro invitamur, ut examinemus, utrum hae partes eandem terrae imaginem praebeant an inter se differant. Quam ob causam utramque descriptionem cc. 17—58 et 99—101 ab altera seiunctam nos perquirere opus est, ut intelligamus, quam quaeque imaginem Scythiae praebeat.

Luce clarius est scriptorem priusquam ipse terram inviseret ea iam legisse quae alii viri docti de illa terra dixerant. Imprimis autem vel e cap. 36: γελῶ δὲ ὁρῶν γῆς περιόδους γράψαντας πολλοὺς ἤδη καὶ οὐδένα νόον ἐχόντως ἐξηγησάμενον apparet eum tabulas geographicas novisse.

Prioris Scythiae descriptionis quam Herodotus attulit postquam Dareum belli consilium cepisse narravit duae partes secernuntur, et cc. 17—22 quibus gentes et cc. 47—58 quibus fluvii describuntur. In priore parte (17—22) gentium situm Herodotus ita exposuit, ut gentes, quae intra flumina in Pontum se effundentia habitant, deinceps enumeraret, ita ut ab ora maritima septentrionem versus progrederetur. Incipit autem ita, ut gentes in utraque ripa Borysthenis fluvii habitantes nominet; tum orientem versus in describendo progreditur[1]). Sed cum descriptionis ordo ab occidente ad Borysthenem proficiscatur, quae res inde elucet, quod Hypanis fluminis cap. 17 in exitu mentio fit, eo magis id mirum apparet, quod tota descriptio ex Borysthene (c. 17) progreditur. In posteriore parte (47—58) ordo fluminum affertur quae inde ab occidente ad orientem progredienti se offerunt. (cf. tab. I).

Ut intellegamus, unde Herodoto haec descriptio venerit quam in duas partes seiunctam esse vidimus, quaeramus, quo genere dicendi auctor usus sit. Afferam c. 17 quod quasi exemplar ceterorum capitum esse potest: ἀπὸ τοῦ Βορυσθενεϊτέων ἐμπορίου (τοῦτο γὰρ τῶν παραθαλασσίων μεσαίτατόν ἐστι πάσης τῆς Σκυ-

1) Prašek, l. l. II 83.

θίης), ἀπὸ τούτου πρῶτοι Καλλιππίδαι νέμονται ἐόντες Ἕλληνες Σκύθαι, ὑπὲρ δὲ τούτων ἄλλο ἔθνος, οἳ Ἀλιζῶνες καλέονται. οὗτοι δὲ καὶ οἱ Καλλιππίδαι τὰ μὲν ἄλλα κατὰ ταὐτὰ Σκύθῃσι ἐπασκέουσι, σῖτον δὲ καὶ σπείρουσι καὶ σιτέονται, καὶ κρόμμυα καὶ σκόροδα καὶ φακοὺς καὶ κέγχρους. ὑπὲρ δὲ Ἀλιζώνων οἰκέουσι Σκύθαι ἀροτῆρες, οἳ οὐκ ἐπὶ σιτήσι σπείρουσι τὸν σῖτον ἀλλ' ἐπὶ πρήσι. τούτων δὲ κατύπερθε οἰκέουσι Νευροί, Νευρῶν δὲ τὸ πρὸς βορέην ἄνεμον ἔρημος ἀνθρώπων, ὅσον ἡμεῖς ἴδμεν. ταῦτα μὲν παρὰ τὸν Ὕπανιν ποταμόν ἐστι ἔθνεα πρὸς ἑσπέρης τοῦ Βορυσθένεος. Brevibus pressisque verbis narratur quas sedes gens teneat et unde victum capiat. In ea parte qua de fluminibus agitur, idem brevissimum genus invenimus. c. 51: Εἷς μὲν δὴ τῶν ποταμῶν τοῖσι Σκύθῃσί ἐστι ὁ Ἴστρος, μετὰ δὲ τοῦτον Τύρης, ὃς ἀπὸ βορέω μὲν ἀνέμου ὁρμᾶται, ἄρχεται δὲ ῥέων ἐκ λίμνης μεγάλης ἣ οὐρίζει τήν τε Σκυθικὴν καὶ τὴν Νευρίδα γῆν. ἐπὶ δὲ τῷ στόματι αὐτοῦ κατοίκηνται Ἕλληνες, οἳ Τυρῖται καλέονται. Sicut hic ceteris quoque fere omnibus capitibus de fluminibus nihil nisi necessaria traduntur.

Ad quod genus litterarum talis descriptio pertineat, statim cognoscemus, ubi periodorum libros comparaverimus. Velut apud Plinium legimus IV 25: „Verum ab Histro oppida Cremniscoe Aepolium, montes Macrocremni, clarus amnis Tyra oppidum nomen imponens, ubi antea Ophiusa dicebatur in eodem insulam spatiosam incolunt Tyragetae. abest a Pseudostomo Histri ostio $\overline{\text{CXXX}}$. mox Axiacae cognomines flumini ultra quos Crobiggi, flumen Rhode, sinus Saggarius, portus Ordesos et a Tyra $\overline{\text{CXX}}$. flumen Borysthenes lacusque et gens eodem nomine et oppidum a mari recedens $\overline{\text{XV}}$ passuum. Olbiopolis et Miletopolis antiquis nominibus, rursus litore portus Achaeorum, insula Achillis tumulo eius viri clara et ab ea $\overline{\text{CXXV}}$ passuum paeninsula ad formam gladii in transversum porrecta exercitatione eiusdem cognominata Dromos Achilleos cuius longitudinem $\overline{\text{LXXX}}$ tradidit Agrippa“. Quisquis autem periodos novit, scit plane eodem genere dicendi inde a vetustis temporibus auctores usos esse. Velut legimus in Hecataei fragmento 202:

Strabo XII p. 828: Ὁ δὲ Σκήψιος .... ἐπαινεῖ μάλιστα τὴν Ἑκαταίου τοῦ Μιλησίου καὶ Μενεκράτους τοῦ Ἐλαΐτου τῶν Ξενοκράτους γνωρίμων ἀνδρῶν δόξαν, καὶ τὴν Παλαιφάτου, ὧν ὁ μὲν ἐν γῆς περιόδῳ φησίν· Ἐπὶ δ' Ἀλαζίᾳ πόλει ποταμὸς ὁ Ῥῦμος ῥέων διὰ Μυγδόνης πεδίου ἀπὸ δύσιος ἐκ τῆς λίμνης τῆς Δασκυλιτίδος ἐς Ῥυνδακὸν ἐσβάλλει, ἔρημον δὲ εἶναι νῦν τὴν Ἀλαζίαν λέγει, κώμας δὲ πολλὰς τῶν Ἀλαζώνων οἰκεῖσθαι, δι' ὧν Ὀδρύσσης ῥεῖ· ἐν δὲ ταύταις τὸν Ἀπόλλωνα τιμᾶσθαι διαφερόντως, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν ἐφορείαν τῶν Κυζικηνῶν. Quae verba cum Herodoti verbis comparanti apertum est Herodotum idem genus scribendi adhibuisse quo Plinius et Hecataeus usus est. Inde ergo, quod et descriptio ordine certo ab occidente orientem versus progreditur et genus dicendi relationis id est quo alios scriptores in periodis scribendis uti novimus, cognoscimus Herodotum hac in descriptione 17—58 periodi cuiusdam geographicae verba nobis tradere.

De genere scribendi accuratius tractavit F. Jacoby in dissertatione „Hekataios" (Realenz. VII p. 2690 sqq.) quae hac dissertatione amplissimo ordini philosophorum iam probata in conspectum mihi venit.

Ex indiciis huius scribendi generis, quae plurimis exemplis pertractatis invenit, haec affero:

1. descriptio ita disponitur, ut maiores regiones nominentur (Her. IV 181: οὗτοι μὲν οἱ παραθαλάσσιοι τῶν νομάδων Λιβύων εἰρέαται, ὑπὲρ δὲ τούτων ἐς μεσόγαιαν ἡ θηριώδης ἐστὶ Λιβύη, ὑπὲρ δὲ τῆς θηριώδεος ὀφρύη ψάμμης κατήκει, παρατείνουσα ἀπὸ Θηβέων τῶν Αἰγυπτιέων ἐπ' Ἡρακλέας στήλας)

2. terrae, de qua agitur, fines et spatiorum numeri afferuntur. (IV 18: οὗτοι ὧν οἱ γεωργοὶ Σκύθαι νέμονται τὸ μὲν πρὸς τὴν ἠῶ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ὁδοῦ, κατήκοντες ἐπὶ ποταμὸν τῷ οὔνομα κεῖται Παντικάπης, τὸ δὲ πρὸς βορέην ἄνεμον πλόον ἀνὰ τὸν Βορυσθένεα ἡμερέων ἕνδεκα.)

3. singularum regionum descriptiones conectuntur formulis μετὰ δὲ vel ἔχεσθαι (cf. p. 66).

4. adduntur verba, quibus oppida montes insulae similia quae ad descriptionem geographicam pertinent nominantur (IV 169: ἐν δὲ τῷ μεταξὺ χώρῳ τούτῳ ἥ τε Πλατέα νῆσος ἐπίκειται, τὴν ἔκτισαν οἱ Κυρηναῖοι, καὶ ἐν τῷ ἠπείρῳ Μενέλαος λιμήν ἐστι καὶ Ἄζιρις, τὴν οἱ Κυρηναῖοι οἴκεον·)

5. praeterea adduntur ea quae auctori cognitione digna erant.

Talis descriptio autem apud Herodotum saepe interrumpitur commentariis quibus de natura terrae et de moribus incolarum agitur. Quibus in commentariis ubi genus dicendi brevissimum ab eo relinquitur, non iam pro certo affirmare possumus, ex periodo auctorem hausisse, sed saepe verisimilius est, eum narrationes addere quas ex sua percontatione acceperit (cf. p. 72).

Sed non omnia quae, cum ipse terram inviseret, accepit cum periodo illa coniungi poterant. Quomodo autem suam sententiam, si ab illa discrepabat, protulerit, duo loci aperte ostendunt.

c. 18. μετὰ δὲ τὸν ἔρημον Ἀνδροφάγοι οἰκέουσι, ἔθνος ἐὸν ἴδιον καὶ οὐδαμῶς Σκυθικόν.

c. 20. τὸ δὲ κατύπερθε ...... οἰκέουσι Μελάγχλαινοι, ἄλλο ἔθνος καὶ οὐ Σκυθικόν.

Sine dubio hic Herodotus periodi verbis quae Androphagos et Melanchlaenos esse Scythas dicebant obloquitur, cum eas gentes esse non Scythicas tam expressis verbis praedicat. Utroque loco certamen ei cum homine geographo esse ex eo facile intellegi potest quod c. 22 de Thyssagetis nihil dicit nisi eos esse ἔθνος πολλὸν καὶ ἴδιον. Optime autem accidit, quod in fragmento Hecataei 154 legimus: „Μελάγχλαινοι, ἔθνος Σκυθικόν (Steph. Byz.), ex quo apparet Hecataeum ex eis esse quibus Herodotus obloquitur[1]). Quodsi animadvertimus eum his locis cum illo auctore certare, in universum eum cum illo consentire suspicari possumus.

Etiam aliis locis intelligemus Herodotum non semper periodum geographicam istam secutum esse, sed vel nova addidisse vel

---

1) Stein ad Her. IV, 20.

quae in periodo invenisset emendavisse. Quas discrepantias ut inveniamus, in Herodoti relationem ita inquiramus, ut ipsius ordinem sequamur. Aptiore autem ratione progrediemur, si primum flumina perquiremus, tum gentes, quarum fines fluminibus inter se distinentur.

Flumina Scythiae sunt (c. 47): Ister Tyras Hypanis Borysthenes Panticapes Hypacyris Gerrhus Tanais (cf. tab. I.).

Istri fluminis descriptio nonnullas praebet difficultates, quia non quadrat ad ea quae alio loco de Istro Herodotus profert. Nam II 34, ubi de Nili cursu doctrina quaedam profertur, verbis: οὕτω τὸν Νεῖλον δοκέω διὰ πάσης τῆς Λιβύης διεξιόντα ἐξισοῦσθαι τῷ Ἴστρῳ audimus Istri et Nili cursus exaequari. Cum autem sec. capp. II 31—34 Nilus, postquam diu per Libyam ab occidente ad orientem fluxit, subito flexu facto ex meridie ad septentrionem usque ad mare eat, etiam Ister per Europam primo ab occidente ad orientem, tum flexu facto a septentrione ad mare fluere putandus est. Quae si ita sunt, Thracia quae Istro a Scythia dividitur, ab occidente Scythiae cogitanda est, quamquam ré vera potius inter meridiem et occidentem vel etiam a meridie Scythiae sita est. Talem secundum Herodotum Istri cursum esse vidit B. G. Niebuhr[1]), cuius sententia omnibus fere probatur.

Sed huic opinioni non apta sunt ea quae Herodotus IV 48 de fluviis dicit qui aquam in eum infundunt: εἰσὶ δὲ οἵδε οἱ μέγαν αὐτὸν ποιεῦντες, διὰ μέν γε τῆς Σκυθικῆς χώρης πέντε μὲν οἱ ῥέοντες, τόν τε Σκύθαι Πόρατα καλέουσι, Ἕλληνες δὲ Πυρετόν, καὶ ἄλλος Τιάραντος καὶ Ἀραρός τε καὶ Νάπαρις καὶ Ὀρδησσός. ὁ μὲν πρῶτος λεχθεὶς τῶν ποταμῶν μέγας καὶ πρὸς ἠῶ ῥέων ἀνακοινοῦται τῷ Ἴστρῳ τὸ ὕδωρ, ὁ δὲ δεύτερος λεχθεὶς Τιάραντος πρὸς ἑσπέρης τε μᾶλλον καὶ ἐλάσσων, ὁ δὲ δὴ Ἀραρός τε καὶ ὁ Νάπαρις καὶ ὁ Ὀρδησσὸς διὰ μέσου τούτων ῥέοντες ἐσβάλλουσι ἐς τὸν Ἴστρον.

Quodsi ex Scythia quinque fluvios in Istrum incidere dicit quorum primus ad orientem, secundus ad occidentem magis fluit,

---

1) Niebuhr, Kleine historische und philologische Schriften I 356.

necessario secundum Herodotum haec flumina ex septentrione in Istrum influunt. Itaque Ister etiam in ultima cursus parte ex occidente ad orientem fluere putandus est, quia alio modo illorum fluviorum cursus explicari non potest. Facile intellegimus relationem cc. II 31—34 in qua Istrum in fine cursus ab occidente ad orientem fluere putandum esse vidimus ab alio auctore sumptam esse atque verba c. 48. Mirum autem est quod Herodotus verbis sequentibus etiam fluviorum qui aliis ex regionibus in Istrum incidunt magnum numerum affert (cc. 48, 49) quorum nomina ex parte usque ad hunc diem eadem sunt. Unde tam accuratam notitiam huius regionis acceperit quaerimus. Certe non ab eodem geographo qui Istrum aliter fluere putabat. Quodsi meminimus eum Milesiorum coloniam Istriam II 33 commemorare atque verisimile esse eum in hac colonia fuisse, facile concludere possumus eum ipsum illo loco de fluviis qui in Istrum influunt audivisse.

Aliud miri dicam: nomina fluviorum hoc ordine proferuntur: Πορετός Τιάραντος Ἄραρος Νάπαρις Ὀρδησσός, sed paulo post legimus tres ultimos medios inter priores fluere. Si tabulam nostri temporis inspicimus, prope Istri ostium fluvios maiores „Pruth“ et „Sereth“ et post eos nonnullos minores, inter quos „Ardziš“ fluvium in Istrum aquam infundere videmus. nomina Πορετός et Pruth, Τιάραντος et Sereth, Ὀρδησσός et Ardziš tam inter se similia sunt[1]) ut opinari liceat, verum ordinem fluviorum ab Herodoto servari, cum hoc ordine ab oriente ad occidentem eos enumeret: Πορετός Τιάραντος Ἄραρος Νάπαρις Ὀρδησσός, per errorem autem ab eo addi Ἄραρος Νάπαρις Ὀρδησσός flumina inter Πορετόν et Τιάραντον fluere ita, ut hic ordo efficiatur:

Πορετός Ἄραρος Νάπαρις Ὀρδησσός Τιάραντος.

Quodsi quaerimus quomodo fieri potuerit, ut in enumeratione verum ordinem sequeretur quem paulo post ipse errore turbavit, statuendum videtur, eum hic miscere quae ex diversis auctoribus audiverit, neque a vero aberrabimus, si putabimus eum in tabula

1) Prašek l. l. II. 81.

geographica verum ordinem invenisse, ab incolis coloniae Istriae autem maiora flumina ante reliqua nominata accepisse.

Praeterea afferendum est eum II 33 inter ea quae ex doctrina de Istro Nili cursui respondente allata sunt, eam gentem quae prope Istri fontem est Κυνησίους esse dicere, et IV 50 Κύνητας eosdem nominare.

His de tribus causis, quod ordinem illorum quinque fluviorum rectum praebet, quem tamen postea ipse neglegit; quod alios fluvios qui in Istruum influunt optime novit; quod genti aliud nomen tribuit atque illo loco quo doctrinam quandam non ab incolis terrae acceptam affert: concludendum nobis est Herodotum omnia quae cc. 48—49 de Istro dicit ex incolarum narrationibus hausisse. Quod autem de Istri magno flexu hoc loco nihil dicit, ea re satis explicatur, quod incolae qui veram fluminis naturam noverant de flexu nihil dixerunt qui non ex vera natura, sed ex illa geographorum doctrina quam auctor II 31 sqq. explicavit, ortus est.

Reliquorum fluviorum cursum qualem descripserit Herodotus, ex tabula I. apparet quam dissertationi addidi, nisi quod nonnulla quae Herodotus ipse immutavit omisi.

Ab Istro ad orientem magis Tyras flumen (c. 51) a septentrione ex palude magna oritur quae in finibus Scytharum et Neurorum est qui terram a septentrione eorum incolunt. Tertium flumen Hypanis ipsum quoque ex palude originem habet et in idem stagnum (ἕλος) aquam infundit cum Borysthene qui a septentrione venit et cuius solius fontem Herodotus nescit.

Ad sinistram ripam Borysthenis silva est, per quam Panticapes postquam fluit, in Borythenem influit. Panticapes ex palude oritur, sicut Hypacyris qui apud Carcinitidem oppidum in mare se infundit. Ex Borysthene ibi, ubi in regionem notam penetrat, Gerrhus digreditur [1]), qui magno ambitu circum fontes Panticapis et Hypacyris fluit, in quem postremo effunditur. Octavum tandem flumen Tanais ex palude oriens a septentrione in

1) De quo statim dicendum erit.

paludem Maeotidem incidit. In Tanaim alius fluvius Hyrgis influit.

Gentium Scythicarum situm cc. 17—22 descripsit Herodotus.

Ostium Tyrae fluminis Graeci incolunt Tyritae dicti; terram a dextro latere Borysthenis sitam a meridie ad septentionem eunti Callipidae, Alizones, Scythae aroteres, Neuri incolunt.

Neuros non esse gentem Scythicam hoc loco apud Herodotum non legimus, sed inde quod c. 51, quod caput ipsum quoque ex periodo sumptum esse vel ex genere dicendi vidimus, eos gentem non Scythicam nominat, concludere possumus ne hic quidem ei fuisse dubium quin non Scythae essent. Quae autem gentes inter Istrum et Callipidas, Alizones, Scythas aratores sint, auctor non dicit, qua de causa lacunam hic in tabula esse volui. Hoc loco Herodotum non sententiam proferre quae omnium virorum geographorum illorum temporum communis fuerit, vel inde percipimus, quod apud Ephorum quem in Scythiae descriptione non Herodotum sed alium quendam auctorem Ionicum ex eis sequi quorum unum Herodotus quoque sequitur suo loco demonstrabimus, fines illarum gentium a Borysthene non ad Hypanim sed ad Istrum pertinent. legimus enim Geogr. Gr. Min. I in Pseudoscymni poemate:

841. πρώτους δὲ παρὰ τὸν Ἴστρον εἶναι Καρπίδας
εἴρηκεν Ἔφορος, εἶτεν Ἀροτῆρας πρόσω
Νευρούς τε μέχρι γῆς ἐρήμου διὰ πάγον
πρὸς ἀνατολὰς δ'ἐκβάντι τὸν Βορυσθένην

845. τὴν λεγομένην Ὕλαιαν κτλ., cum Herodotus tradat praeter Borysthenem sedes esse Callipidarum, quos ab Ephori Carpidis seiungi non posse apparet, Alizonum, quos Ephorus omittit, Scytharum aratorum, Neurorum.

A sinistra Borysthenis post silvam Hylaeam Scythae georgi incolunt. Quo loco difficultas nobis se offert, nam c. 18 legimus haec:

Οὗτοι ὦν οἱ γεωργοὶ Σκύθαι νέμονται . . . (διαβάντι τὸν Βορυσθένεα τὰ μὲν πρὸς τὴν ἠῶ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ὁδοῦ) . . . τὸ δὲ πρὸς βορέην ἄνεμον πλόον ἀνὰ τὸν Βορυσθένεα ἡμερέων ἕνδεκα.

ἡ δὲ κατύπερθε τούτων ἔρημός ἐστι ἐπὶ πολλόν. μετὰ δὲ τὴν ἔρημον Ἀνδροφάγοι οἰκέουσι ἔθνος ἐὸν ἴδιον καὶ οὐδαμῶς Σκυθικόν· τὸ δέ τούτων κατύπερθε ἔρημος ἤδη ἀληθέως καὶ ἔθνος ἀνθρώπων οὐδέν, ὅσον ἡμεῖς ἴδμεν.

Addamus quae c. 53 dicit:

μέχρι μέν νυν Γέρρου χώρου, ἐς τὸν τεσσεράκοντα ἡμερέων πλόος ἐστί, γινώσκεται ῥέων ἀπὸ βορέω ἀνέμου, τὸ δέ κατύπερθε δι' ὧν ῥέει ἀνθρώπων οὐδεὶς ἔχει φράσαι· φαίνεται δὲ ῥέων δι' ἐρήμου ἐς τῶν γεωργῶν Σκυθέων τὴν χώρην· οὗτοι γὰρ οἱ Σκύθαι παρ' αὐτὸν ἐπὶ δέκα ἡμερέων πλόον νέμονται.

In iis denique quae de moribus Scytharum dicta sunt haec invenimus c. 71: ταφαὶ δὲ τῶν βασιλέων (τῶν Σκυθέων) ἐν Γέρροισί εἰσι, ἐς ὃ ὁ Βορυσθένης ἐστὶ προσπλωτός . . . Ἐπεὰν δὲ (sc. οἱ Σκύθαι) πάντας περιέλθωσι τὸν νέκυν κομίζοντες, ἐν Γέρροισι ἔσχατα κατοικημένοισί εἰσι τῶν ἐθνέων τῶν ἄρχουσι καὶ ἐν τῇσι ταφῇσι.

Quae descriptiones quomodo inter se differant, ex hac tabula cognoscas:

c. 18.	c. 53.[1]	c. 71.
ἔρημος	ignotum	
Ἀνδροφάγοι ἔθνος ἴδιον	Γέρρος ab ostio Borysthenis huc 40 dierum navigatio est	Γέρροι ἔσχατα κατοικημένοι τῶν ἐθνέων τῶν οἱ Σκύθαι ἄρχουσι
ἔρημος ἐπὶ πολλόν	ἔρημος	
Σκύθαι γεωργοί qui 11 dierum spatium tenent	Σκ. γ. qui 10 dierum spatium tenent	
mare	mare	

1) Westberg (Klio VI 1906 p. 267) ita c. 53 interpretatus est, ut Scythae georgi a Gerrho in meridiem decem dierum spatium teneant, tum Hylaea sit, ita ut solitudo de qua audimus a Gerrho in septentrionem spectet. Sed obstat primum, quod Herodotus ultra Gerrhum

Primo loco c. 18 verba ἔθνος ἐὸν ἴδιον καὶ οὐδαμῶς Σκυθικόν Herodotum propterea tantopere premere quod alii Androphagos pro gente Scythica habebant et eadem ratione c. 20 verba Μελαγχλαίνους εἶναι ἄλλο ἔθνος καὶ οὐ Σκυθικόν premi iam supra vidimus[1]).

Tum autem si putamus Herodotum eis quae in terra ipsa exquisiverit usum esse ad ea quae ex periodo sumpserat aut emendanda aut comprobanda, c. 18 in exitu: τὸ δὲ τούτων κατύπερθε ἔρημος ἤδη ἀληθέως καὶ ἔθνος ἀνθρώπων οὐδέν, ὅσον ἡμεῖς ἴδμεν vocabulum ἀληθέως haud scio an dixerit, ut comprobaret periodi verba suis percontationibus aequari.

c. 53. eo nobis mirum est, quod id genus dicendi omittitur quo tota in descriptione Herodotum usum esse vidimus. Non enim de fluminis fonte modo et cursu narratur, sed et multa alia de eius qualitate afferuntur et eius magnitudo cum Nili comparatur. De Androphagis autem nihil audimus, sed ultimus locus septentrionem versus Gerrhus appellatus est. Itaque Borysthenis quoque descriptionem c. 53 sicut Istri ab Herodoto ex sua percontatione periodi verbis addita esse concludere possumus, et cum sciamus eum Olbiae percontationes fecisse apparet eum quae de Borysthenis

---

homines vivere (δι' ὧν ῥέει ἀνθρώπων), non solitudinem esse dicit. Deinde verba οὗτοι γὰρ οἱ Σκύθαι παρ' αὐτὸν ἐπὶ δέκα ἡμερέων πλόον νέμονται sine dubio simili ratione intelligenda sunt atque verba Γέρρου χώρου, ἐς τὸν τεσσεράκοντα ἡμερέων πλόος ἐστί. Utroque igitur loco ab ostio fluminis quot diebus naviganti opus sit dicitur.

Tum illud φαίνεται δὲ ῥέων κτλ. de cursu fluminis per notas regiones fluentis dici apparet. Denique credi non potest Herodotum magnitudinem silvae Hylaeae commemoraturum non fuisse, si 30 dierum spatium explevisset (Stein ad Her 53, 18). Tomaschek (Ber. d. Wiener Akad. Phil.-hist. Klasse CXVII) et Kiessling (Realenz. s. v. Gerrhos) et Westberg l. l. τεσσεράκοντα in τεσσαρεσκαίδεκα mutare volunt. Causa autem cur mutemus, non est, praesertim cum etiam Pseudoscymnus 884 et Mela II 6 τεσσαράκοντα praebeant.

1) Tomaschek (Realenz. s. v. Androphagoi) neque hanc discrepantiam inter Herodotum et alium auctorem animadvertit neque quicquam nisi eos gentem non Scythicam esse adnotat.

cursu dicit ex Olbiopolitis ipsis audivisse. Herodotum autem non vera afferre, cum quadraginta dierum spatium Borysthenem navigari posse tradat, ob eam rem constat, quia haud procul a mari aquae cadentes navigationi obstant.

Quae c. 71. dicta sunt hac ratione vertenda mihi esse videntur. Scythae regem mortuum ferentes, postquam omnes gentes permigraverunt quas gubernant, postremo ad Gerrhos veniunt quae gens ultimam regionem incolit. Γέρρους enim hic nomen gentis, non loci esse declarant verba quae addita sunt, ἔσχατα κατοικημένοισι τῶν ἐθνέων κτλ. c. 71 Herodotum ea reddere quae a Scytha quodam audiverit verisimile est, cum et Scytharum mores Herodoti auctor optime noverit et Herodotus se cum Tymne Scytha quodam collocutum esse fateatur.

Omnia quae hac de re dicta sunt ut complectamur, c. 18 Herodotus in universum auctorem geographicum suum ita sequitur, ut de Androphagis quae ille dixerat, corrigat. Quod quomodo facere potuerit, postea videbimus. c. 53 Herodotus cum alias res quas ipse in terra comperit tum ea quae de Gerrho loco profert descriptioni inseruit. c. 71 referuntur quae Scytha quidam Herodotum docuit qui etiam Gerrhorum gentum noverat[1]).

Mirum est quod praeter locum et gentem cui Gerrhus vel Gerrhi nomen est apud Herodotum etiam flumen eiusdem nominis commemoratur, cuius cursus mire in c. 56 describitur. Legimus enim eum e Borysthene derivari et in Hypacyrim aquam infundere: ἕβδομος δὲ Γέρρος ποταμὸς ἀπέσχισται μὲν ἀπὸ τοῦ Βορυσθένεος κατὰ τοῦτο τῆς χώρης ἐς ὅ γινώσκεται ὁ Βορυσθένης. ἀπέσχισται μέν νυν ἐκ τούτου τοῦ χώρου, οὔνομα δὲ ἔχει τό περ ὁ χῶρος αὐτός, Γέρρος, ῥέων δὲ ἐς θάλασσαν οὐρίζει τήν τε τῶν νομάδων χώρην καὶ τὴν τῶν βασιληίων Σκυθέων, ἐκδιδοῖ δὲ ἐς τὸν Ὑπάκυριν.

---

1) Tomaschek (Realenz. s. v. Borysthenes) diversas de Borysthene relationes quas invenimus seiungendas esse non novit et operam dedit, ut discrepantias e vera terrae natura tolleret quam exposuit Reichard: Landeskunde Scythiens. Diss. Hal. 1889.

Quodsi meminimus Hypacyrim ex oriente Borysthenis fluere, inter utrumque autem Panticapem secundum c. 54 intercedere, sic fere Gerrhus fluere secundum Herodotum putandus est:



Errare Herodotum apparet atque viri docti operam dederunt, ut quomodo natus esset error exponerent. In primis autem animadvertendum est geographum illum quem in c. 18 Herodotus sequitur talia non praebere. Is enim neque Hypacyris mentionem facit neque Gerrhum ex Borysthene oriri tradit. Tantum haec dicit c. 19—20: οἱ δὲ νομάδες οὗτοι τὸ πρὸς τὴν ἠῶ ἡμερέων τεσσέρων καὶ δέκα ὁδὸν νέμονται χώρην κατατείνουσαν ἐπὶ ποταμὸν Γέρρον, πέρην δὲ τοῦ Γέρρου ταῦτα δὴ τα καλεύμενα βασιλήιά ἐστι κτλ.

Si cum his comparamus quae c. 56 legimus, consentiunt hi loci in ea re, quod orientem versus proficiscentibus Borysthenes

Panticapes (in c. 55 Hypacyris additur) Gerrhus se excipiunt, hic autem Scythas Nomades et regios disiungit. Addit autem in c. 56 Herodotus Gerrhum ex Borysthene derivari, qua de re in cap. 18 omnino cogitari non potest, atque derivari ex loco Gerrho ad Borysthenem sito, quem in cap. 18 non novit — nam eo loco, ubi Gerrhum nominatum iri expectamus Androphagi esse dicuntur —. Unde autem Herodotus quae in c. 56 addit, hausit? Falsa ea esse vidimus nec putaverim mirum illum Gerrhi fluminis cursum Herodoto ab alio auctore traditum esse. Itaque arridet mihi Pohlenzii magistri explicatio, qui haec Herodotum ipsum excogitasse suspicatur, ut quae apud geographum auctorem de Gerrho fluvio acceperat cum iis quae de Gerrho loco ad Borysthenem sito aliunde acceperat coniungeret [1]).

Pergamus populos secundum Herodoti descriptionem enarrare. cc. 47—58 inter fluvios post Panticapen Hypacyris nominatur, sed cc. 17—20, ubi gentes enarrantur, de eo nihil audimus, cuius rei causa ea est quod in gentium enumeratione illi tantum fluvii nominantur quibus ad gentes discernendas opus est. Ita de Tyra quoque in initio descriptionis c. 17 nihil legimus.

A Scythis georgis ad orientem vergentes sunt Scythae Nomades usque ad Gerrhum flumen, trans quod Scythae regii habitant, „optimi plurimique qui ceteros Scythas servos suos esse opinantur“. huius gentis fines exponuntur c. 20: *κατήκουσι δὲ οὗτοι τὸ μὲν πρὸς μεσαμβρίην ἐς τὴν Ταυρικήν, τὸ δὲ πρὸς ἠῶ ἐπί τε τάφρον, τὴν δὴ οἱ ἐκ τῶν τυφλῶν* (sc. *δούλων*) *γενόμενοι ὤρυξαν, καὶ ἐπὶ τῆς λίμνης τῆς Μαιήτιδος τὸ ἐμπόριον τὸ καλέεται Κρημνοί, τὰ δὲ αὐτῶν κατήκουσι ἐπὶ ποταμὸν Τάναϊν.*

Hic respicienda sunt quae c. 3 de servis narrata sunt. „Cum

---

1) Kiessling quamquam sicut ceteri viri diversas descriptionis partes non secernit, tamen in notitia nuper publici iuris facta (Realenz. s. v. Gerrhos) eandem explicationem invenit, quam antea Pohlenz magister meus suspicatus erat; scripsit enim: „Die Ableitung des Gerrhos aus dem Borysthenes erklärt sich durch eine von Herodot angenommene räumliche Beziehung zwischen dem Landstrich und dem Flusse gleichen Namens.“

Scythae in Mediam incursionem facerent, mulieres eorum e servis liberos peperun et 28 annis post cum Scythae reverterentur, servi eos prohibere conati sunt et hanc ob rem fossam fecerunt". Scythae ex Media duabus viis reverti poterant, aut ita ut trans Bosporum Cimmericum transveherentur aut per terram quae a septentrione paludis Maeotidis est. Sed cum cogitari non possit Scytharum exercitui ad transvehendum Bosporum aut ingentem pontem aut summum numerum navium adfuisse, restat ut dicamus Bosporum non aestate sed hieme traici potuisse, praesertim cum c. 28 legamus: ἡ δὲ θάλασσα πήγνυται καὶ ὁ Βόσπορος πᾶς ὁ Κιμμέριος καὶ ἐπὶ τοῦ κρυστάλλου οἱ ἔντος τάφρου Σκύθαι κατοικημένοι στρατεύονται καὶ τὰς ἁμάξας ἐπελαύνουσι πέρην ἐς τοὺς Σίνδους. Hieme autem ne fossa quidem hostes prohibere potest, et si Scythae per septentrionales regiones revertebantur fossa quae Scythiam a regione ad septentrionem magis vergente secluderet ingenti magnitudine esse debebat, praesertim cum εὐρέαν eam fuisse audiamus. Neutra igitur ratione fossa arte facta satis explicari potest. Secundum eum autem ordinem quo Herodotus de Scythiae finibus loquitur fossa in parte meridiana Scythiae quaerenda est, quia post Chersonesum Tauricam et ante paludem Maeotidem nominatur.

In Herodoti narratione quam c. 3 legimus mirum est quod in pugna inter servos et Scythas facta fossa nullius momenti est, nam legimus: γινομένης δὲ μάχης πολλάκις καὶ οὐ δυναμένων οὐδὲν πλέον ἔχειν τῶν Σκυθέων τῇ μάχῃ εἷς αὐτῶν ἔλεξε τάδε κτλ. De defensione fossae nihil dicitur, sed statim exercitus proelio contendunt. Quae cum ita sint, haec cum Steinio[1]) proponam: Herodotum qui docuit illius stagni quod hodie vocatur „Faules Meer" originem explicare voluit. Nec obstant quae de situ fossae Herodotus c. 20 profert: τὸ δὲ πρὸς ἠῶ ἐπί τε τάφρον κτλ. Quod enim Herodotus stagnum quod revera ab occidente ad orientem vergit magis a meridie ad septentrionem pertinere putat, facile ea re explicatur, quod Herodotus Chersonnesum Tauricam esse meri-

1) ad IV 3.

dianum, Maeotidem esse orientalem finem Scythiae opinatur. Praeterea huic fossae vocabulum εὐρέα (c. 3) optime quadrat.

Westberg[1]) probare conatus est fossam altam quandam cuius reliquiae hodie in Chersonneso Taurica demonstrantur eandem esse quam Herodotus servorum fossam vocat. Sed supervacaneum mihi esse videtur fossam arte factam quaerere quia quae Herodotus de ea dicit probabilia non esse vidimus[2]).

Nunc in Herodoti gentium enumeratione progrediamur. Post Scythas regios nonnulli Scytharum trans Κρημνοί locum usque ad Tanaim incolunt quorum in septentrione Melanchlaeni sunt, ἄλλο ἔθνος καὶ οὐ Σκυθικόν. Hic quoque Herodotum ea mutare quae apud geographum invenit, iam vidimus. Supra Melanchlaenos paludes sunt et solitudines, trans Tanaim autem non iam Scythae sunt, sed Sauromatae qui 15 dierum spatium orientem versus habitant. A septentrione horum Budini habitant, supra quos septem dierum solitudo est; magis orientem versus Thyssagetae sunt. De ceteris gentibus quas Herodotus nominat agere nostra non interest.

De Scythiae descriptione quam adhuc legimus haec vidimus: Herodotus novit descriptionem geographi cuiusdam quacum maior pars eorum quae ipse percontatus est congruit.

Num in dispositione gentium et fluminum illum geographum secutus sit, certo dicere non possumus, sed contentum pressumque totius descriptionis ordinem spectanti verisimile est.

Dissentit ab eo in eis quae de Androphagis (c. 18) et de Melanchlaenis (c. 20) profert. Praeterea ad pauca illa, quae geographus de Istro et Borysthene protulerat, alia in cap. 49 et 53 addidit quae ipse compererat. Unde factum est, ut discrepantiae inter diversas Herodoti descriptiones inveniantur. Nam Istrum

---

1) Westberg Klio IV 1904, 182.

2) Praeterea Westberg Chersonnesi nomen „Krim“ ex „Κρημνοί“ originem habere proponit. Sed quomodo dicere possit: „aus dem Zusammenhang geht unzweideutig hervor, daß er (Κρημνοί) am Graben zu suchen ist“ equidem non intellego. mea sententia Κρημνοί colonia ad Maeotidem sita is locus Scythiae est, usque ad quem Scytharum regionum fines pertinent.

flumen cum aliis locis in ultima cursus parte a septentrione ad meridiem fluere opinetur, hic de eo Herodotus loquitur, quasi totus ab occidente orientem versus fluat, et Borysthenem cum 40 dies navigari posse falso audiverit, inter Scythas georgos et Gerrhum locum solitudinem interponit. Qualem Scythiae imaginem geographus ille praebuerit, e tabula I apparet.

Capite 83 incipit narratio belli Persarum contra Scythas facti in quam 99—101 nonnulla de Scythiae situ inserta esse diximus. Argumentum cc. 99—101 hoc est: Ibi, ubi Ponti ora sinum facit, in Pontum Ister influit, cuius ostium in orientem vergit. Ab Istro flumine descriptio incipit, cuius summa est: „Figura terrae quadrata est. Duae autem lineae terminantes ora maritima efficiuntur, ea quae ad meridiem et ea quae ad orientem est. Hae lineae inter se pares sunt.“

Ergo cetera quoque latera paria sunt, quia terra quadrata est. Quae figura tum tantum efficitur, si Ister qui a quarto latere Scythiam a Thracia disterminat, a septentrione ad meridiem fluit. Atque hanc esse directionem quae nobis obversari debet, vel ob eam rem verisimile fit, quod ostium fluminis ad orientem vergere expressis verbis dicitur, nimirum quia antea Ister alia e regione fluxit: c. 99 καὶ ὁ Ἴστρος ἐκδιδοῖ ἐς αὐτὴν (τὴν Σκυθικὴν γῆν) πρὸς εὖρον ἄνεμον τὸ στόμα τετραμμένος.

Tum hoc modo Herodotus describere pergit: ab Istro incipiam ita, ut eius partis Scythiae quae ad mare sita est mensuram indicem (τὸ δὲ ἀπὸ Ἴστρου ἔρχομαι σημανέων τὸ πρὸς θάλασσαν αὐτῆς τῆς Σκυθικῆς χώρης ἐς μέτρησιν). Inde ab Istro usque Carcinitidem αὕτη ἀρχαίη Σκυθίη est, quae ad meridiem vergit (πρὸς μεσαμβρίην τε καὶ νότον ἄνεμον κειμένη). Deinde loca maritima Tauri tenent (τὸ δὲ ἀπὸ ταύτης τὴν μὲν ἐπὶ θάλασσαν τὴν αὐτὴν φέρουσαν . . . . χώρην . . . . νέμεται τὸ Ταυρικὸν ἔθνος . . .). Postquam verbose Chersonnesi Tauricae descriptionem tradidit Herodotus c. 100 haec addit: τὸ δ'ἀπὸ τῆς Ταυρικῆς ἤδη

Σκύθαι τὸ κατύπερθε τῶν Ταύρων καὶ τὰ πρὸς θαλάσσης τῆς ἠοίης νέμονται. Inter Scythiam et interiorem terrae continentis partem Agathyrsi Neuri Androphagi Melanchlaeni habitant. Quae gentes ita enumerantur, ut descriptio ab Istro orientem versus progrediatur (c. 100): ἤδη ὦν ἀπὸ μὲν Ἴστρου τὰ κατύπερθε ἐς τὴν μεσόγαιαν φέροντα ἀποκληίεται ἡ Σκυθικὴ ὑπὸ πρώτων Ἀγαθύρσων, μετὰ δὲ Νευρῶν, ἔπειτα δὲ Ἀνδροφάγων, τελευταίων δὲ Μελαγχλαίνων.

Post haec verba Scythiae ambitus certis numeris determinatur. Mirum autem est, quod, cum latus orientale 20 dierum esse dicatur, lineae meridionalis non eodem modo totius spatium affertur, sed ora Borysthene flumine in duas partes seiungitur; ab Istro ad Borysthenem decem dierum spatium est sicut a Borysthene ad Maeotidem. Id quod ob eam rem factum esse videtur, quia inde ab urbe Carcinitide non orae maritimae longitudinem Herodotus reddit — nam haec paeninsulam Taurorum quos Herodotus inter Scythicas gentes non refert sequeretur — sed ipsum viae spatium, quod Carcinitis a Maeotide lacu abest, metitur. Totum igitur latus meridionale 20 dierum spatium tenet. Idem spatium inde a mari ad Melanchlaenos est; cum autem Melanchlaeni earum gentium quae Scythiam a septentrione terminant, maxime ad orientem vergant, facile intellegere possumus illis verbis latus orientale Scythiae significari. Paulo post illo loco quo primo de eis gentibus audimus quarum reges consilii capiendi causa convenerunt, harum gentium fines atque mores traduntur cc. 103—117.

Difficultatem quandam praebet nomen ἀρχαίη Σκυθίη[1]), quod in c. 98 legimus: ἀπὸ Ἴστρου αὕτη ἤδη ⟨ἡ⟩ ἀρχαίη Σκυθίη ἐστί (AB exhibent Σκυθική, RP rectius ut videtur Σκυθίη). E verbis additis πρὸς μεσαμβρίην τε καὶ νότον ἄνεμον κειμένη apparet non totam Scythiam hic significari, sed partem eius meridionalem atque imprimis oram maritimam quae ab Istro usque ad Carcinitidem urbem pertinet. Cur autem haec regio „vetus Scythia“ nominetur et ubi sit „nova Scythia“, cui opponatur, ab Herodoto non acci-

---

1) Qua de ea profero, Pohlenzio magistro debeo.

pimus. Atque alibi quidem, quantum video, ἀρχαίη Σκυθίη non legitur. Sed quomodo hoc nomen explicari possit, fortasse intellegimus, si comparamus, quae Strabo VII p. 311 de „parva Scythia“ refert: καὶ ἐκαλεῖτο ἡ χώρα πᾶσα αὕτη (sc. paeninsula, quam Tauri qui secundum Strabonem gens Scythica sunt incolebant), σχεδὸν δέ τι καὶ ἡ ἔξω τοῦ ἰσθμοῦ μέχρι Βορυσθένους, μικρὰ Σκυθία· διὰ δὲ τὸ πλῆθος τῶν ἐνθένδε περαιουμένων τόν τε Τύραν καὶ τὸν Ἴστρον καὶ ἐποικούντων τὴν γῆν καὶ ταύτης οὐκ ὀλίγη μικρὰ προσηγορεύθη Σκυθία, τῶν Θρακῶν τὰ μὲν τῇ βίᾳ συγχωρούντων τὰ δὲ τῇ κακίᾳ τῆς χώρας· ἑλώδης γάρ ἐστιν ἡ πολλὴ αὐτῆς.

Unde etiam „veterem Scythiam“ nominatam esse concludere debemus, ut Scythis qui Istrum transierant opponeretur. Quamquam de eis Herodotus nihil refert.

Nunc ea quae cc. 99—101 de Scythiae finibus accepimus, comparemus cum iis quae antea cc. 17—58 legimus. Ac primum quidem Scytharum terra c. 17 sqq. aliter terminatur atque hic. Ibi cum finiatur Chersonneso Taurica, fossa servorum, palude Maeotide cett., hic aliter rem se habere vidit Westberg[1]). Legimus enim c. 99: τὸ δὲ ἀπὸ ταύτης (sc. Καρκινίτιδος) τὴν μὲν ἐπὶ θάλασσαν τὴν αὐτὴν (sc. Πόντον) φέρουσαν, ἐοῦσαν ὀρεινήν τε χώρην καὶ προκειμένην τὸ ἐς Πόντον, νέμεται τὸ Ταυρικὸν ἔθνος μέχρι χερσονήσου τῆς τρηχέης καλεομένης. et c. 100: τὸ δὲ ἀπὸ τῆς Ταυρικῆς ἤδη Σκύθαι τὸ κατύπερθε τῶν Ταύρων καὶ τὰ πρὸς θαλάσσης τῆς ἠοίης νέμονται τοῦ τε Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου τὰ πρὸς ἑσπέρης καὶ τῆς λίμνης τῆς Μαιήτιδος μέχρι Ταναΐδος ποταμοῦ κτλ.

Credas τὴν θάλασσαν τὴν ἠοίην esse orientalem partem Ponti quae a scriptoribus posteris seiungitur[2]) ab occidentali et hoc verbo unam partem finis orientalis Scythiae significari dicas, quam duae aliae — Bosporus Cimmerius et Maeotis — statim sequantur. Sed obstat non modo quia tum orientale mare citra

1) Klio IV, 1904, 182.

2) Berger, Geschichte der wissenschaftlichen Erdkunde der Griechen und Römer² p. 77.

Bosporum Cimmerium cogitandum esset, sed etiam ipsa structura verborum. Nam cum Herodotus non dicat: καὶ τὰ πρὸς θαλάσσης τῆς ἠοίης καὶ τὰ πρὸς ἑσπέρης τοῦ Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου καὶ τῆς λίμνης τῆς Μαιήτιδος, sed: τὰ πρὸς θαλάσσης τῆς ἠοίης νέμονται, τοῦ τε Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου τὰ πρὸς ἑσπέρης καὶ τῆς λίμνης τῆς Μαιήτιδος, apparet ultima verba esse appositionem verborum τὰ πρὸς θαλάσσης τῆς ἠοίης, ita ut vertendum sit: ea quae ad mare orientale spectant scilicet quae a Bosporo Cimmerio et lacu Maeotide in occidentem vergunt. Maioris etiam momenti est quod in c. 99 Herodotus dicit: ἔστι γὰρ τῆς Σκυθικῆς τὰ δύο μέρεα τῶν οὔρων ἐς θάλασσαν φέροντα, τήν τε πρὸς μεσαμβρίην καὶ τὴν πρὸς τὴν ἠῶ. Nam cum c. 99 ad orientem tota Scythia terminetur per τὴν θάλασσαν τὴν πρὸς τὴν ἠῶ, nostro quoque c. 100 loco τὴν θάλασσαν τὴν ἠοίην totum latus orientale, non partem lateris, significare opinari possumus. ἡ θάλασσα ἡ ἠοίη igitur cuius partes sunt et Bosporus Cimmericus et lacus Maeotis significat totum finem orientalem Scythiae.

Chersonnesum Tauricam Tauri tenent usque ad Chersonnesum asperam („Kertsch"). Supra quos Scythae terram incolunt praeter oram orientalem, id est eas regiones quae ad occidentem Bospori Cimmerici et paludis Maeotidis sunt.

A priore descriptione cc. 17 sqq. haec compluribus differentiis abhorret. Prima est, quod Tauri non totam chersonnesum Tauricam usque ad fossam servorum tenent, sed chersonnesum asperam quoque Scythae habitant, fossae autem mentio non fit. (Quam differentiam ut melius perspicias, Scythiae fines quae in tabula I descriptae sunt cum tabulae II lineis conferas).

Aliam invenies, si examinaveris finisne borealis utriusque descriptionis idem sit. C. 100 Herodotus narrat ad septentrionem Scythiam terminari ordine gentium, qui lineam fere faciat: ἤδη ὦν ἀπὸ μὲν Ἴστρου τὰ κατύπερθε ἐς τὴν μεσόγαιαν φέροντα ἀποκληίεται ἡ Σκυθικὴ ὑπὸ πρώτων Ἀγαθύρσων, μετὰ δὲ Νευρῶν, ἔπειτα δὲ Ἀνδροφάγων, τελευταίων δὲ Μελαγχλαίνων. In ea autem tabula quam Herodotus cc. 17 sqq. sequitur nihil eius modi videmus. Quamquam enim hic ultimae ad septentrionem

gentes Neuri Androphagi Melanchlaeni sunt, tamen nulla re putare cogimur harum gentium sedes linea directa sitas esse. Tertia discrepantia inter utramque descriptionem statuenda ea est, quod spatii numeri cc. 17 sqq. maiores sunt quam c. 101. A Borysthene enim tres dies Scythae georgi tenent (c. 18) quos (c. 19) 14 dierum spatium Nomadum sequitur, ultra quos inter Gerrhum et Maeotidem Scythae regii sedes tenent. Spatium igitur a Borysthene ad Maeotidem maior est quam 17 dierum, cum c. 101 decem dierum numerum Herodotus afferat.

Multo maiores autem discrepantias deprehendimus, si quae ratio inter belli narrationem et inter has duas descriptiones intercedat quaerimus. Quod ut cognoscamus, narrationem belli accuratius examinemus:

Scythae cum intellegerent se solos Persis proelio resistere non posse, a regibus finitimarum gentium Taurorum Agathyrsorum Neurorum Androphagorum Melanchlaenorum Gelonorum Budinorum Sauromatarum auxilium petiverunt.

Quorum regum cum convenissent, Gelonus Budinus Sauromata se Scythas adiuturos esse pollicentur. Quod cum audivissent Scythae hoc pugnandi consilium ceperunt: Non acie decertandum sed puteis et fontibus obrutis, pascuo deleto carros in quibus coniuges ac liberi domicilium haberent et pecora in terrae regiones ad septentrionem vergentes mittenda esse. Exercitum autem in tres partes dividendum esse quarum primam cum Sauromatis Persis si eam viam irent cedere atque unius diei spatio intermisso ducere secundum Maeotidem recta via usque ad Tanaïm, ἰθὺ Τανάϊδος ποταμοῦ παρὰ τὴν Μαιῆτιν λίμνην (c. 120) debere.

Duae reliquae partes coniunctae cum Budinis et Gelonis sicut prima pars diei spatio intermisso primo Persas per fines earum gentium ducerent, quae auxilium negaverant, deinde in suos fines praeirent et, si placeret, proelium cum iis committerent.

Quod cum decrevissent, Scythae Persis obviam ierunt et speculatores eos invenerunt, cum trium dierum spatio ab Istro abessent. Persae enim interim Istrum ponte traiecerunt et Dareus rex Jonibus qui pontem custodirent imperaverat, ut per 60 dies

exercitus reditum exspectarent, tum, si Persae non redissent, pontem rescinderent. Persae cum Scytharum speculatores vidissent, contra priorem (τὴν μίαν) partem ierunt et πρὸς ἠῶ τε καὶ τοῦ Ταναΐδος (c. 122), ad orientem, ad Tanaim se verterunt. Quam cum Scythae transvecti essent, Persae quoque transierunt et per Sauromatarum fines in Budinos profecti sunt, quorum oppidum ligneum incenderunt. Tum narratur Dareum ad ripas fluminis Oari octo castra fecisse quorum reliquiae usque ad Herodoti tempus spectari possent. Haec octo castra cur Dareus fecerit intellegi non potest. Nam et copias uno loco coniunctas magis ad defendendum idoneas esse apparet neque perspici potest, quare Dareus castris se defendat. cum semper hostes aggredi in animo eum habere audiamus. Haec verba autem maximae suspicioni nobis eo sunt, quod eis rebus nituntur quas Herodotum ab incola quodam harum regionum audivisse manifestum est. Perfacile res ita explicari potest ut de castris antiquissimis quae illo loco mercatores vel alii viri viderant, cum veram originem nemo dicere posset, illam Persarum famam ortam esse sumamus [1]).

Scythae interim ad septentrionem Persarum exercitum circumierunt et in occidentem se converterunt. Quod cum animadvertissent, Persae quoque ad occidentem se verterunt et cum in Scythiam redissent, alteri parti Scytharum occurrerunt. Ab his deinde sicut antea deliberatum erat, per Melanchlaenos Androphagos Neuros ducuntur. Agathyrsi autem ultimi ad occidentem spectantes eorum qui Scythis auxilium non ferebant, Scytharum agmini resistunt.

Tum Scythae ex Neuris in suam terram Persas duxerunt. Hic dum de deditione et pace cum Scythis agunt Persae diu retenti sunt, donec Dareus veritus ne exercitus in Scytharum terra deleretur, aegrotis relictis quam celerrime ad Istrum contendit.

Interim prior pars Scytharum a Tanaïde flumine ad Istrum profecta est et Iones permovere studuit, ut pontem rescinderent.

---

1) Ed. Meyer, Geschichte des Altertums III 111.

Cum id agebatur, illud 60 dierum spatium non iam finitum erat. Tum illa pars rediit ad ceteras partes coniunctas et eo tempore cum eis se coniunxit quo Persae se recipere coeperunt. Nunc omnes Scythae ad Istrum recta via profecti Persas praecurrerunt et iterum Iones pontem rescindere iubent. Qui consilio facto omnes praeter Miltiadem pontem non rescindere, Scythis autem dicere se pontem rescindere velle statuunt. Tum Scythae Persis obviam eunt, sed errore quodam eos non inveniunt, Persae sine pugna ad Istrum veniunt et flumen traiciunt.

In hac narratione offendere non possumus nisi in eis quae de octo castris diximus. Recte secundum Scytharum consilium bellum geritur. Perquirendum autem nobis est, utrum ad hanc narrationem id quod cc. 99—101 de Scythia audimus plane quadret.

De temporis spatio legimus c. 99: ἔστι γὰρ τῆς Σκυθικῆς τὰ δύο μέρεα τῶν οὔρων ἐς θάλασσαν φέροντα τήν τε πρὸς μεσαμβρίην καὶ τὴν πρὸς ἠῶ κτλ. et c. 101: ἔστι ὦν τῆς Σκυθικῆς ὡς ἐούσης τετραγώνου τῶν δύο μερέων κατηκόντων ἐς θάλασσαν, πάντῃ ἴσον τό τε ἐς τὴν μεσόγαιαν φέρον καὶ τὸ παρὰ τὴν θάλασσαν· ἀπὸ γὰρ Ἴστρου ἐπὶ Βορυσθένεα δέκα ἡμερέων ὁδός ἀπὸ Βορυσθένεός τε ἐπὶ τὴν λίμνην τὴν Μαιῆτιν ἑτέρων δέκα καὶ τὸ ἀπὸ θαλάσσης ἐς μεσόγαιαν ἐς τοὺς Μελαγχλαίνους τοὺς κατύπερθε Σκυθέων οἰκημένους εἴκοσι ἡμερέων ὁδός.

Scythiae figuram esse quadratam cuius utrumque latus 20 dierum longitudinem habeat legimus. Nullo modo fieri potest, ut in tantae magnitudinis terra Dareus sexaginta diebus ab Istro ad Tanaim, trans Tanaim in Budinos eat et magno ambitu redeat (praesertim cum c. 21 legamus Sauromatas a Maeotide quindecim dierum spatium ad septentrionem tenere, super quos Budini sint). Apparet igitur ad narrationem belli non quadrare quae c. 101 de magnitudine Scythiae dicantur. Descriptionem c. 101 non cum narratione belli cohaerere aliis momentis allatis confirmari potest. Secundum belli narrationem per Scythiam Persarum exercitui sine obstaculis via est, duo modo flumina nominantur quae Persae traiciunt, Ister Tanais, cum aliorum fluminum mentio non

fiat[1]). Maxime autem mirum esse debet, quod Borysthenem qui secundum c. 101 per mediam terram fluit, qui Persis haud minores difficultates parare poterat, ab iis traiectum esse omnino non commemoratur.

Quibus argumentis haec conclusio fit, cum belli descriptione cc. 83—144 non eos ambitus numeros cohaerere posse quos c. 101 legimus.

Quodsi inter c. 101 numeros et ceteram belli narrationem tantam discrepantiam intercedere statuere debemus, multo maiorem inter descriptionem cc. 77—82 et belli narrationem esse statuendum erit. Nam cum in priore descriptione numerus fluviorum satis magnus affertur, qui exercitui obstaculo esse possunt, tum ibi, quod iam supra vidimus spatii numeri etiam maiores sunt quam c. 101. Qua ex re id quoque intellegi potest numeros qui c. 101 proferantur non ex priore descriptione posse sumptos esse.

Ex eis quae attulimus apparet ad belli narrationem cc. 83—144 aliam tabulam desiderari atque eam quae cc. 17—82 datur. Quae autem in cc. 99—101 proferuntur de figura Scythiae, ea ex parte certe ad belli narrationem quadrant. Velut verba quibus Scythiae finis meridionalis inde ab Istro usque ad Taurorum sedes (c. 99 usque ad verba: ἔστι γάρ τῆς Σκυθικῆς τὰ δύο μέρεα τῶν οὔρων ἐς θάλασσαν φέροντα, τήν τε πρὸς μεσαμβρίην καὶ τὴν πρὸς τὴν ἠῶ) et Scythiae finis orientalis et septentrionalis (c. 100) describitur, non minus belli narrationi apta sunt quam ea quae totius Scythiae figuram demonstrant (c. 101 usque ad: πάντῃ ἴσον τό τε ἐς τὴν μεσόγαιαν φέρον καὶ τὰ παρὰ τὴν θάλασσαν).

Non minus autem manifestum est alia quae ibi leguntur non quadrare, scilicet numeros, quibus Herodotus magnitudinem Scythiae refert.

Itaque dubium non est quin Herodotus descriptionem quan-

---

1) Nam c. 123 verba in quibus alia nominantur nullius momenti nobis eo sunt, quod ex descriptione eius regionis sunt, in qua octo castra sita sunt, quae ab Herodoto ipso addita esse supra vidimus.

dam terrae, quae tamen nihil nisi lineamenta quaedam praeberet, cum narratione belli coniunctam acceperit, ipse autem nonnulla addiderit. Addidit autem praeter numeros illos quos unde acceperit dicere non possumus (c. 101 inde ab: *ἀπὸ γὰρ Ἴστρου ἐπὶ Βορυσθένεα δέκα ἡμερέων ὁδός* usque ad exitum) verba quibus Scythia cum Attica vel Italia comparatur (c. 99 inde a: *κατάπερ τῆς Ἀττικῆς χώρης* usque ad capitis exitum).

Cc. 103—117 gentium finitimarum descriptio continetur quae in gentium descriptione cc. 22 sqq. desideratur. Apparet illarum descriptionem Herodotum usque ad c. 103 distulisse quia hoc demum tempore agentes in scaenam producuntur. Exquiri autem oportet in quem descriptionis conexum haec descriptio quadret.

Si singulas partes descriptionis inter se comparabimus omnibus simile quiddam inesse inveniemus, cum apud omnes fere gentes nonnullae res iisdem verbis enarratae sint. Ut exemplum afferam de moribus gentium his verbis refertur:

c. 103: τούτων Ταῦροι μὲν ν ό μ ο ι σ ι τοιοισίδε χρέωνται·

c. 104: *τὰ δὲ ἄλλα ν ό μ α ι α Θρήιξι προσκεχωρήκασι* (sc. τῶν Ἀγαθύρσων).

c. 105: Νευροὶ δὲ ν ό μ ο ι σ ι μὲν χρέωνται Σκυθικοῖσι κτλ.

c. 106: Ἀνδροφάγοι δὲ ἀγριώτατα πάντων ἀνθρώπων ἔχουσι ἤ θ ε α, οὔτε δίκην νομίζοντες οὔτε ν ό μ ῳ οὐδενὶ χρεώμενοι.

c. 107: Μελάγχλαινοι . . ., νόμοισι δὲ Σκυθικοῖσι χρέωνται quamquam c. 109 de moribus Budinorum nihil narratur, tamen eisdem verbis de lingua eorum Herodotus utitur: *καὶ γλώσσῃ τὰ μὲν Σκυθικῇ, τὰ δὲ Ἑλληνικῇ χρέωνται*. Dubitare non possumus, quin hic Herodotus periodi cuiusdam verba sequatur. Quod ut melius intellegatur, conferamus cum c. 106 nostrae descriptionis initium capitis IV 168, quod certe ex periodo sumptum esse infra demonstrabimus:

106: Ἀνδροφάγοι δὲ ἀγριώτατα πάντων ἀνθρώπων ἔχουσι ἤθεα, οὔτε δίκην νομίζοντες οὔτε νόμῳ οὐδενὶ χρεώμενοι· νομάδες δὲ εἰσι, ἐσθῆτά τε φορέουσι τῇ Σκυθικῇ ὁμοίην, γλῶσσαν δὲ ἰδίην ἔχουσι, ἀνθρωποφαγέουσι δὲ μοῦνοι τούτων.

168: Οἰκέουσι δὲ κατὰ τάδε Λίβυες. ἀπ' Αἰγύπτου ἀρξάμενοι πρῶτοι Ἀδυρμαχίδαι Λιβύων κατοίκηνται, οἳ νόμοισι μὲν τὰ πλέω Αἰγυπτίοισι χρέωνται, ἐσθῆτα δὲ φορέουσι οἵην περ οἱ ἄλλοι Λίβυες κτλ.

Sed non totas descriptiones harum gentium ex periodo ortas esse sed quasdam partes ab Herodoto ipso additas esse inde intellegi potest, quod interdum duae sententiae inter se diversae afferuntur vel de rebus incertis ab Herodoto ipso iudicatur. c. 103: οἱ μὲν δὴ λέγουσι . . . . . ., οἱ δὲ κατὰ μὲν τὴν κεφαλὴν ὁμολογέουσι κτλ.

c. 105: κινδυνεύουσι δὲ οἱ ἄνθρωποι οὗτοι γόητες εἶναι (sc. Νευροί). λέγονται γὰρ ὑπὸ Σκυθέων καὶ Ἑλλήνων τῶν ἐν τῇ Σκυθικῇ κατοικημένων ὡς ἔτεος ἑκάστου ἅπαξ τῶν Νευρῶν ἕκαστος λύκος γίνεται ἡμέρας ὀλίγας καὶ αὖτις ὀπίσω ἐς τὠυτὸ κατίσταται. ἐμὲ μέν νυν ταῦτα λέγοντες οὐ πείθουσι, λέγουσι δὲ οὐδὲν ἧσσον. καὶ ὀμνῦσι δὲ λέγοντες.

Postquam adhuc duas partes descriptionis discrevimus, et eam quae ex periodo quadam hausta est et eam quam Herodotus ipse addidit, restant nonnulla quae ad genus dicendi periodorum non quadrant neque talia indicia prae se ferunt, ut ab Herodoto ipso ea scripta esse concludere possimus. Cum in eis quae cc. 108/109 de Budinis et Gelonis narravit, tum in eis quae cc. 110—117 de Sauromatarum origine attulit, genere dicendi non stricto sed potius soluto Herodotus usus est. Ut exemplum afferatur, conferas c. 108: Βουδῖνοι δέ, ἔθνος ἐὸν μέγα καὶ πολλόν, γλαυκόν τε πᾶν ἰσχυρῶς ἐστι καὶ πυρρόν. πόλις δὲ ἐν αὐτοῖσι πεπόλισται ξυλίνη, οὔνομα δὲ τῇ πόλι ἐστὶ Γελωνός· τοῦ δὲ τείχεος μέγαθος κῶλον ἕκαστον τριήκοντα σταδίων ἐστί, ὑψηλὸν δὲ καὶ πᾶν ξύλινον καὶ αἱ οἰκίαι αὐτῶν ξύλιναι καὶ τὰ ἱρά· ἔστι γὰρ δὴ αὐτόθι Ἑλληνικῶν θεῶν ἱρὰ Ἑλληνικῶς κατεσκευασμένα ἀγάλμασί τε καὶ βωμοῖσι καὶ νηοῖσι ξυλίνοισι, καὶ τῷ Διονύσῳ τριετηρίδας ἀνάγουσι καὶ βακχεύουσι. εἰσὶ γὰρ οἱ Γελωνοὶ τὸ ἀρχαῖον Ἕλληνες, ἐκ τῶν δὲ ἐμπορίων ἐξαναστάντες οἴκησαν ἐν τοῖσι Βουδίνοισι· καὶ γλώσσῃ τὰ μὲν Σκυθικῇ, τὰ δὲ Ἑλληνικῇ χρέωνται cum c. 168 ex periodo quadam sumpto:

ἀπ' Αἰγύπτου ἀρξάμενοι πρῶτοι Ἀδυρμαχίδαι Λιβύων κατοίκηνται, οἳ νόμοισι μὲν τὰ πλέω Αἰγυπτίοισι χρέωνται, ἐσθῆτα δὲ φορέουσιν οἵην περ οἱ ἄλλοι Λίβυες κτλ. Haud scio an inde quod c. 110 incipit a verbis: Σαυροματέων δὲ πέρι ὧδε λέγεται κτλ. efficere possimus, totam narrationem insequentem de Sauromatis ex fama quodam auditam allatam esse.

Quaestio nunc exstat, unde hae descriptiones cc. 103 sqq. ortae sint. Cur harum octo gentium descriptionem non cc. 16 sqq. Herodotus praebuerit, sed usque adhuc distulerit, iam supra vidimus. Ne autem putemus has descriptiones ex periodo illa, qua Herodotus supra cc. 16 sqq. usus est, sumptas esse, ea res obstat, quod quae in eis afferuntur non plane quadrant ad ea quae ex cc. 16 sqq. audivimus. Neuros hic narrat Herodotus anguibus quorum copia ex deserto septentrionali in eorum sedes invasisset expulsos nunc una cum Budinis habitare c. 105: ὄφιας γάρ σφι πολλοὺς μὲν· ἡ χώρη ἀνέφαινε, οἱ δὲ πλεῦνες ἄνωθέν σφι ἐκ τῶν ἐρήμων ἐπέπεσον, ἐς οὗ πιεζόμενοι οἴκησαν μετὰ Βουδίνων τὴν ἑωυτῶν ἐκλιπόντες. Secundum descriptionem cc. 16 sqq. et secundum narrationem belli Neurorum sedes ad occidentem Androphagorum, sedes Budinorum autem ad orientem Sauromatarum sunt. Nostra igitur descriptio cum neutra coniungi potest.

In gentium enarratione Budinos Geloni sequuntur et utriusque gentis descriptio traditur. Capite autem 23 in harum regionum descriptione Gelonorum omnino mentio non fit. Ex his discrepantiis quas demonstravimus plane apparet gentium descriptionem cc. 103—117 non ex periodo illa sumptam esse qua Herodotus cc. 16 sqq. usus est. Unde autem haec descriptio cc. 103—117 hausta sit, utrum alium periodum Herodotus secutus sit an ea quae ex incolis accepit tradiderit ita, ut ex parte periodorum genus scribendi ipse sequeretur, discernere non possumus.

Totam autem descriptionem cc. 103—117 aspicienti apparet causa, cur Herodotus cc. 18 et 20 Neuros et Melanchlaenos gentes omnino non Scythicas appellet. Cum enim videamus, non in conexu periodi istius, sed in historia belli cc. 99 sqq. accura-

tissime Scythas separari a ceteris gentibus concludere possumus, ex ea descriptione, quae in enarrationem belli inserta est, Herodotum cognovisse eas non esse gentes Scythicas ob eamque rem descriptionem periodi in cc. 16 sqq. mutavisse.

Cc. 123 et 124 quae neque cum belli narratione cc. 99 sqq. neque cum periodo cc. 16 sqq. cohaerent, ex incolarum narrationibus hausta esse iam supra inde conclusimus, quod de istis octo castris ibi Herodotus narrat. Accedit quod fluminum quae in Maeotidem se effundunt nomina Λύκος Ὄαρος Τάναϊς Σύργις tradita sunt, cum c. 57 ubi periodum Herodotus sequitur flumen Ὕργις in Tanaim influat. Nam dubium esse non potest, quin Σύργις et Ὕργις nomina idem flumen significent, de quo descriptiones inter se diversas tenemus.

Haec sententia, qua putamus cc. 123 et 124 ex incolarum narrationibus hausta esse, ea re mutari non potest quod ea quae legimus c. 123: ἡ δὲ ἔρημος αὕτη ὑπὸ οὐδαμῶν νέμεται ἀνδρῶν, κεῖται δὲ ὑπὲρ τῆς Βουδίνων χώρης ἐοῦσα πλῆθος ἑπτὰ ἡμερέων ὁδοῦ· ὑπὲρ δὲ τῆς ἐρήμου Θυσσαγέται οἰκέουσι eisdem fere verbis invenimus c. 22, quod ex periodo sumptum est: Βουδίνων δὲ κατύπερθε πρὸς βορῆν ἐστὶ πρώτη μὲν ἔρημος ἐπ' ἡμερέων ἑπτὰ ὁδόν, μετὰ δὲ τὴν ἔρημον ἀποκλίνοντι μᾶλλον πρὸς ἀπηλιώτην ἄνεμον νέμονται Θυσσαγέται, ἔθνος πολλὸν καὶ ἴδιον. Nam nihil obstat, ne putemus Herodotum, sicut periodo verba addidit quae ex incolis accepit, hic narrationi ex incolis haustae ea periodi verba addidisse quae huic loco idonea esse putaret.

Inde quod cc. 123 et 124 ab indigenis accepit id quoque explicare possumus quod Maeotarum nomen quod nullo alio loco nobis apud Herodotum affertur, hic invenimus.

Quae autem praeterea in cc. 99—144 leguntur, nihil continent, quod a tabula quam secundum cc. 99—101 constituimus, abhorreat. Itaque suspicari debemus eum cui Herodotus narrationem belli debeat etiam illam descriptionem dedisse, ut eis qui librum legerent imaginem plenam atque perfectam belli daret.

Totius autem belli narrationem cuius partes inter se non discrepant cum vera loci natura comparantibus dilucide nobis

appareť difficultates bellandi maiores fuisse quam quae ex narratione perspici possint. Multa enim et magna flumina transeunda erant, et cum terrae Scythicae maxima pars culta non esset, frumentum brevi Persas deficere debebat[1]). Eo quod Scythae ipsi Persis obstacula intulerunt puteis ac fontibus obrutis et pascuis deletis difficultates valde auctae sunt. Herodoti autem auctorem si audimus, non propter difficultates quas terra praebebat, sed eam modo ob rem bellum non bene successit, quod Dareo non contigit, ut cum Scythis vagantibus acie certaret.

Aperte igitur videmus hanc narrationem a viro quodam esse scriptam qui operam daret, ut Persarum cladem celaret. Nam revera Persas non per totam Scythiam isse sed in proxima statim parte difficultatibus summis ne progrederentur impeditos esse inde a Strabone[2]) omnes viri historici viderunt. Belli narrationis ergo auctorem a Persis stetisse, virum Persam vel Ionicum fuisse optimo iure statuere possumus. Auctorne ipse Scythiam noverit, diiudicare non possumus, cum discernere non liceat, utrum consulto an errore falsam terrae imaginem tradiderit.

Huic ea Scythiae imago obversata esse videtur quae tabula II descripta est. Spatiorum numeros et fluminum praeter Istrum et Tanaim nomina Herodotus non ab eo sumpsit. Totam autem descriptionem non repudiavit, quia ea quae de figura terrae legit ad ipsius terrae descriptionem bene quadrabant Atque de fluminibus hic tacere se posse sine dubio ob eam rem credebat, quod antea de iis iam dixerat. Mirum autem sane est, quod Dareum per Scythiam, si tot tantaque flumina habebat, quot ipse antea commemoraverat, ratione cc. 120—142 illustrata omnino iter facere non potuisse non animadvertebat.

Postquam vidimus, quae ratio inter priorem descriptionem

1) Prašek, l. l. II, 97.

2) Strabo VII 305: μεταξὺ δὲ τῆς ποντικῆς θαλάττης τῆς ἀπὸ Ἴστρου ἐπὶ Τύραν καὶ ἡ τῶν Γετῶν ἐρημία πρόκειται πεδιὰς πᾶσα καὶ ἄνυδρος, ἐν ᾗ Δαρεῖος ἀποληφθεὶς ὁ Ὑστάσπεω, καθ' ὃν καιρὸν διέβη τὸν Ἴστρον ἐπὶ τοὺς Σκύθας, ἐκινδύνευσε πανστρατιᾷ δίψῃ διαλυθῆναι· συνῆκε δὲ ὀψὲ καὶ ἀνέστρεψε.

cc. 17—58 et eam intercedat quae ad belli narrationem attinet, explicare poterimus, quomodo illa lacuna exstiterit quae in gentium tabula prioris descriptionis inter Tyram et Istrum est, quam neque is Herodoti aequalis quo in Scythia describenda Ephorum usum esse postea demonstrabimus neque scriptores posteriores exhibent (cf. p. 63). Herodoti in priore descriptione, quam ex periodo quadam hausit, videmus inde a compluribus gentibus, quae ad septentrionem ultimae sunt, ordinem continuum gentium ad meridiem usque ad Pontum esse:

1. Neuri	2. Androphagi
Aroteres	Georgi
Alazones	Hylaei
Callipidae (c. 17)	(Borystheneïtae) (c. 18)

3. Tunc Nomades habitant super quos quis sit non audimus. Hoc loco alia quoque ratione eum ordinem quem ceteris locis videmus neglegit, nam cum apud ceteras gentes ultimas ad septentrionem semper audiverimus ad septentrionem eorum esse nivem vel ἔρημον, apud Nomades nihil de finibus ad septentrionem audimus.

4. Melanchlaeni
Scythae regii
Tauri.

Non dico hanc esse doctrinam qua scriptores geographici semper sint usi, sed cum Neuris et Androphagis hunc ordinem esse valde coniunctum ex eo intellegimus, quod Ephori quoque auctor eosdem ordines praebet:

G. G. M. I. in Pseudoscymni poemate:

841. Πρώτους δὲ παρὰ τὸν Ἴστρον εἶναι Καρπίδας
εἴρηκεν Ἔφορος, εἶτεν Ἀροτῆρας πρόσω
Νευρούς τε μέχρι γῆς ἐρήμου διὰ πάγον
πρὸς ἀνατολὰς δ' ἔκβαντι τὸν Βορυσθένην
845. τὴν λεγομένην Ὕλαιαν οἰκοῦντας Σκύθας
εἶναι, Γεωργοὺς ἐχομένους τούτων ἄνω,
ἔπειτα πάλιν ἔρημον ἐπὶ πολὺν τόπον

ὑπὲρ δὲ ταύτην Ἀνδροφάγων Σκυθῶν ἔθνος,
ἐπέκεινα δ' εἶναι πάλιν ἔρημον ἐχομένην.

Secundum descriptionem, quae ad bellum pertinet (c. 100), non Neuri in ripis Istri incolunt, sed Agathyrsi prima sunt gens cuius finibus Scythia terminatur. Alterum demum locum Neuri habent occidentem versus. Qua descriptione facile opinari possumus Herodotum permotum esse, ut Neuros, qui in prioris descriptionis tabula prima gens fuerant quae a septentrione Scythas terminabat nunc in secundum locum differret[1]). Quo factum est, ut una cum eis eae quoque gentes, quae inde ab eis ad meridiem pertinent, ad orientem magis differrentur, ita ut lacuna exstare posset inter Istri cursum et eum gentium ordinem qui a Neuris ad Pontum vergebat.

Quaestio nunc exstat, cur Agathyrsorum mentionem in cc. 17—58 gentium tabula Herodotus tantopere neglexerit. Ubi apud Herodoti auctorem fuerint dicere non possumus. Nam is locus c. 48, quo solo nominantur in gentium enumeratione, ea continet quae Herodotus in terra ipsa exquisiverat. Ne in posterioribus quidem Scythiae tabulis Agathyrsos invenimus. Unde dicam tunc fortasse certas sedes iis a geographis tributas non esse. Quae res unde evenerit, facile intellegi potest. Revera enim in septentrione Istri fluminis Agathyrsi sedes tenebant, ita ut a parte occidentali Scythiae essent quo loco in relatione c. 48 quoque ex incolis hausta habitant. Ex doctrina autem geographica Istrum in cursus parte, quae Scythiam terminabat, a septentrione ad meridiem fluere supra vidimus ita, ut scriptor geographus, si Agathyrsis sedes tribuere volebat, aut in septentrione eius partis Istri quae ante flexum ab occidente ad orientem erat eos collocare aut ad orientem eius partis Istri quae a septentrione ad meridiem vergebat inter Istri cursum et Neuros eos inserere deberet. Ad Istri autem septentrionem ἔρημος est. Her. V 9: τὸ δὲ πρὸς βορέω ἔτι τῆς χώρης

---

1) Secundum eam relationem c. 48 quam ex incolis Herodotum audivisse supra (p. 21) vidimus Agathyrsi quorum in priore descriptione geographica haec tantum mentio fit magis in occidentem fuerunt.

ταύτης (sc. Θρηΐκης) οὐδεὶς ἔχει φράσαι τὸ ἀτρεκὲς οἵτινές εἰσιν ἀνθρώπων οἱ οἰκέοντες αὐτήν, ἀλλὰ τὰ πέρην ἤδη τοῦ Ἴστρου ἔρημος χώρη φαίνεται ἐοῦσα καὶ ἄπειρος. Μούνους δὲ δύναμαι πυθέσθαι οἰκέοντας πέρην τοῦ Ἴστρου ἀνθρώπους τοῖσι οὔνομα εἶναι Σιγύννας κτλ. Non autem ipsi certa vel verisimilia fuisse quae de Sigynnis compererat (πυθέσθαι), inde videmus, quod omnia quae de illis profert oratione indirecta narrat.

Inter Neuros autem et Istri cursum meridionalem neque in periodo illa e qua Herodotus hausit neque in illa qua Ephorum secutum esse postea demonstrabimus Agathyrsos insertos esse et Herodoti c. IV 17 et Ephori vv. 841—884 supra laudati docent.

Herodotum ipsum, cum fortasse exemplum eius descriptionis sequeretur quae ad bellum attinet, Neuros et ordinem gentium qui ab iis ad Pontum vergit ad orientem magis transtulisse iam vidimus.

Tomaschek[1]) de Agathyrsis haec profert: „Eine wahrscheinlich von den pontischen Scythen (vgl. den Namen Ἰνδάθυρσος) ausgegangene skoptische Bennung des nördlich vom unteren Ister bis weit in das vom Maris durchflossene karpathische Bergland hinaufwohnenden thrakischen Volkes Τραυσοί (Steph. Byz. v. Τραυσοί) welches zur Zeit der Römer unter dem nationalen Namen Δάκοι auftritt. Herodot IV 104 schildert die Sitten als den thrakischen völlig gleich u. s. w.“ Nititur verbis:

Steph. Byz. s. v. Τραυσοί· πόλις Κελτῶν. ἔθνος οὓς οἱ Ἕλληνες Ἀγαθύρσους ὀνομάζουσι.

Tomaschekii verba non plane esse recta apparet. Nam inter voces Τραυσοί et Ἀγάθυρσοι tanta cognatio minime intercedit, ut eandem nomini utrique formam subesse putare possimus.

Ex Herodoto autem non minus certe intellegimus omnes Thraces ad meridiem Istri esse quam Agathyrsos ad septentrionem eius habitare et ex Stephani verbis nihil elucet nisi posteriore tempore gentes Trausorum et Agathyrsorum a Graecis exaequatas esse. Quod autem apud Hesychium legimus: Τραῦσος· ἔθνος Σκυθικόν ob eam rem sententiam nostram mutare non potest,

1) Realenzycl. s. v. „Agathyrsi“.

quod ea addita sunt: οἳ τοὺς γεννωμένους ἀτιμάζουσι, τοὺς δὲ τελευτῶντας κατευφημίζουσι. quae Herodotus V 4 de Trausis Thraciis narrat. Quamquam enim hic quoque negare non possumus geographos posteriores Trausos pro gente Scythica habuisse, nullo modo id quod ex posteris novimus nos permovere potest, ut apud Herodotum has gentes, quas V 4 et IV 104 probe distinguit, permixtas esse putemus.

Mirum nobis esse potest, quod aliis locis praeter eas gentes quae in libro quarto nominatae sunt nova nomina Scythica apparent. Legimus enim Her. VII 64: τούτους δὲ ἐόντας Σκύθας Ἀμυργίους Σάκας ἐκάλεον· οἱ γὰρ Πέρσαι πάντας τοὺς Σκύθας καλέουσι Σάκας. Sed memoria tenendum est hanc libri VII relationem ex enumeratione copiarum Persarum esse quam aliunde auctor accepit[1]). Et apud ceteros praeter Herodotum omnes gentes septentrionales Scythas appellatas esse et ex aliis auctoribus et ex Strabonis I 27 intellegi potest: φημὶ γὰρ κατὰ τὴν τῶν ἀρχαίων Ἑλλήνων δόξαν, ὥσπερ τὰ πρὸς βορρᾶν μέρη τὰ γνώριμα ἑνὶ ὀνόματι Σκύθας ἐκάλουν ἢ Νομάδας ὡς Ὅμηρος.

Quod autem IV 123 Maeotarum nomen traditur, inde supra explicavimus, quod ea descriptionis pars quae hoc nomen praebet, ex indigenarum narrationibus fluxit.

Magni nobis momenti erit scire qualem alii scriptores geographici illius terrae imaginem tradiderint. Imprimis autem quae inter Herodotum et H e c a t a e u m M i l e s i u m ratio intercedat perquirendum est. Itaque nonnulla ex Hecatai fragmentis comparemus cum iis quae adhuc de Scythia vidimus.

fgm. 154. (Müller, F. H. G. I.) Μελάγχλαινος· ἔθνος Σκυθικόν (St. B.) antea attulimus, ut ostenderemus, Herodotum in c. 17 contra opinionem geographi cuiusdam pugnare, quam ceteroquin sequeretur. Non autem verisimile est Hecataeum illum auctorem fuisse, nam apud eum nomina Scythica legimus, quae Herodotus non praebet:

---

1) Idem nomen legimus in Hellanici fr. 171: Ἀμύργιον πεδίον Σακῶν· Ἑλλάνικος Σκύθαις· τὸ ἐθνικὸν Ἀμύργιος, ὡς αὐτός φησιν.

fgm. 155. (Steph. Byz.) Μυργέται· ἔθνος Σκυθικόν
fgm. 156. Ματυκέται· ἔθνος Σκυθικόν
fgm. 158. Ἴσηπος· ἔθνος Σκυθικόν
fgm. 159. Ἰδοί· ἔθνος Σκυθικόν.

Cum apud Herodotum haec nomina non legamus, eum alium auctorem, non Hecataeum secutum esse verisimile est. Certi autem nihil proferre possumus quia id indicium criticum non tenemus quo permoti discrepantiam inter Hecataeum et Herodoti auctorem interesse dicamus. Quaestio oritur, ubi Hecataei illae multae gentes fuerint. Apud Ephorum quem alio auctore atque Herodoto usum esse demonstrabimus, inde a Panticape flumine ad Maeotidem invenimus: Λιμναίων ἔθνος ἕτερά τε πλείον' οὐ διωνομασμένα Νομαδικὰ δ'ἐπικαλούμενα.

Hic inter Panticapem et Maeotidem mihi illarum gentium regio fuisse videtur. Geographus autem, quem Herodotus sequitur, nulla nisi Nomadum et Scytharum regiorum nomina praebuisse videtur. Nomen autem Nomadum nullius gravioris momenti esse videmus ex Hippocratis περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων 18: ἐνταῦθα καὶ οἱ Σκύθαι διαιτεῦνται, Νομάδες δὲ καλεῦνται, ὅτι οὐκ ἔστι οἰκήματα, ἀλλ' ἐν ἁμάξῃσιν οἰκεῦσι.

Hoc loco nonnulla afferri possunt, quae Hellanicus[1]) de Scythia docuit: fgm. 172. Strabo XII 550 B: τοὺς δὲ Σκύθας Ἀλαζῶνας φάσκοντες ὑπὲρ τὸν Βορυσθένη, καὶ Καλλιπίδας καὶ ἄλλα ὀνόματα ἅπερ Ἑλλάνικός τε καὶ Ἡρόδοτος καὶ Εὔδοξος κατεφλυάρησαν ἡμῶν, idem praebere videmus quod Herodotus.

Etiam inter fgm. 171. Steph. Byz. s. v. Ἀμύργιον· πεδίον Σακῶν· Ἑλλάνικος Σκύθαις· τὸ ἐθνικὸν Ἀμύργιος, ὡς αὐτός φησιν et Herodoti locum supra laudatum VII 64 discrepantia non interest. Ea autem res neglegenda non est, quod priore quem laudavimus loco Hellanicus cum eo consentit, quod Herodotus ex periodo sumpsit, altero autem cum eo, quod Herodotus in enumeratione copiarum Persarum affert, quam aliunde accepit.

1) cuius fragmenta collegit H. Kullmer, Jahrbücher für klass. Phil. Suppl. 27 (1901). Fragmentorum autem numeri hic allati ex C. Mülleri F. H. G. I sumpti sunt.

Id autem quod affert fgm. 84. (Tzetzes ad Lycophron. 1332) Ἑλλάνικος δὲ ὁ Λέσβιός φησιν, ὅτι παγέντος τοῦ Κιμμερικοῦ Βοσπόρου διέβησαν αὐτὸν καὶ ἦλθον εἰς τὴν Ἀττικὴν (sc. αἱ Ἀμαζόνες) καὶ τετράσι μησὶ πολεμήσασαι ὑπεστράφησαν· οὐ λέγει δὲ τὴν αἰτίαν, non plane cum Herodoti IV 28 conferri potest. Nam apud Herodotum de Amazonum bello Attico nihil audimus.

Ne fgm. 92. quidem plane cum Herodoti verbis congruit: fgm. 92. Schol. Apollon. IV 322: Ἑλλάνικος ἐν τῷ περὶ ἐθνῶν φησι· Βόσπορον δὲ διαπλεύσαντι Σινδοί, τούτων δ'ἀνωτέρω Μαιῶται Σκύθαι· De Scythis Maeotis enim apud Herodotum nihil audimus. Sed postquam ceteras gentes Scythicas enumeravit c. 21: Τάναϊν δὲ ποταμὸν, inquit, διαβάντι οὐκέτι Σκυθική. Quod autem Maeotarum ut gentis non Scythicae nomen ex IV 123 novimus, inde evenit, quod haec verba ex incolis hausta sunt.

Omnino autem non apud Herodotum ea nomina Scythica legimus quae tradita sunt fragmentis Hellanici 109 et 170: fgm. 109. (Steph. Byz.) Χαριμάται· ἔθνος πρὸς τῷ πόντῳ . . . Ἑλλάνικος ἐν κτήσεσι (κτίσεσι legendum est) ἐθνῶν καὶ πόλεων „Κερκεταίων δ' ἄνω οἰκοῦσι Μόσχοι καὶ Χαριμάται, κάτω δ' Ἡνίοχοι. ἄνω δὲ Κοραξοί". Hic ordo gentium est quae ad Pontum ex Bosporo Cimmerico in orientem vergentes sunt.

fgm. 170. (Steph. Byz.) Ἀμάδοκοι· Σκυθικὸν ἔθνος· Ἑλλάνικος ἐν Σκυθικοῖς, quod nomen Herodotus non praebet.

Omnia quae attulimus fragmenta aspicienti dubium esse non potest, quin Hellanici relatio cum Herodoti non cohaereat, praesertim cum fgm. 109. eius regionis gentes nominet, cuius Herodotus descriptionem omnino non praebuit.

Tum E p h o r i C u m a e i descriptionem Scythiae perscrutemur, quam iam saepius laudavimus. Ephori, qui historiis excursum quo de geographia agebatur addidit, fragmenta geographica non tam bene ex C. Mülleri Fragmentis Historicorum Graecorum hauriri possunt quam ex Doppii libellis [1]).

Sed cum Müller non omnia fragmenta manifesta det, Doppius

---

1) Ernst Dopp, Die geographischen Studien des Ephoros. Rostock. Progr. 1900, 1908, 1909.

id quod ad Scythiam attinet[1]) praeter Scymni versus 841—871 qui ex Ephoro certe exscripti sunt etiam Scymni vv. 768—840 Ephoro adscripsit, quos ex alio auctore haustos esse modo demonstrabimus. De Scythis agit Pseudo-scymnus qui vocatur poematis[2]) imprimis in versibus 841—871, ubi haec legimus:

Πρώτους δὲ παρὰ τὸν Ἴστρον εἶναι Καρπίδας
εἴρηκεν Ἔφορος, εἶτεν Ἀροτῆρας πρόσω
Νευρούς τε μέχρι γῆς ἐρήμου διὰ πάγον
πρὸς ἀνατολὰς δ' ἐκβάντι τὸν Βορυσθένην
τὴν λεγομένην Ὕλαιαν οἰκοῦντας Σκύθας
εἶναι, Γεωργοὺς ἐχομένους τούτων ἄνω,
ἔπειτα πάλιν ἔρημον ἐπὶ πολὺν τόπον,
ὑπὲρ δὲ ταύτην Ἀνδροφάγων Σκυθῶν ἔθνος,
ἐπέκεινα δ'εἶναι πάλιν ἔρημον ἐχομένην.
τὸν Παντικάπην διαβάντι Λιμναίων ἔθνος
ἕτερά τε πλείον' οὐ διωνομασμένα
Νομαδικὰ δ' ἐπικαλούμεν' εὐσεβῆ πάνυ
ὧν οὐδὲ εἷς ἔμψυχον ἀδικῆσαι ποτ' ἄν.
οἰκόφορα δ' ὡς εἴρηκε, καὶ σιτούμενα
γάλακτι ταῖς Σκυθικαῖσι δ' ἱππομολγίαις
ζῶσιν δὲ τήν τε κτῆσιν ἀναδεδειχότες
κοινὴν ἁπάντων τὴν δ' ὅλην συνουσίαν.
καὶ τὸν σοφὸν δ' Ἀνάχαρσιν ἐκ τῶν Νομαδικῶν
φησὶν γενέσθαι τῶν σφόδρ' εὐσεβεστάτων[3]).
καὶ κατοικῆσαί τινας
εἰς τὴν Ἀσίαν ἐλθόντας, οὓς δὴ καὶ Σάκας
καλοῦσιν· εὐσημότατον εἶναί φησι δὲ
τὸ Σαυροματῶν καὶ τῶν Γελωνῶν καὶ τρίτον
τὸ τῶν Ἀγαθύρσων ἐπικαλούμενον γένος.
Ἀπὸ τῶν δὲ Μαιωτῶν λαβοῦσα τοὔνομα
Μαιῶτις ἑξῆς ἐστι λίμνη κειμένη.

1) in tertio libello.
2) G. G. M. I.
3) Idem praebet F. H. G. I. Ephori fragmentum 76. (Strabo VI. 303).

εἰς ἣν ὁ Τάναις . . .
ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ λαβὼν τὸ ῥεῦμ' Ἀράξεως
ἐπιμίσγεθ', ὡς Ἑκαταῖος εἴφ' οὑρετριεύς,
ὡς δ' Ἔφορος ἱστόρηκεν, ἐκ λίμνης τινός,
ἢ τὸ πέρας ἔστ' ἄφραστον. sequuntur nonnulla non ex Ephoro hausta. Tum
Ἀσία
τὸν Τάναϊν, ὅστις ἐστὶ τῆς Ἀσίας ὅρος,
τέμνων γε τὴν ἤπειρον ἑκατέραν δίχα,
πρῶτοι νέμονται Σαρμάται, δισχίλια
στάδι' ἐπέχοντες. . . .
εἶτα μετὰ τούτους ἐστὶ Μαιωτῶν γένος
Ἰαζαματῶν λεγόμενον, ὡς Δημήτριος
[ὁ συγγραφεὺς] εἴρηκεν, ὡς δ' Ἔφορος λέγει
Σαυροματῶν λέγεται ἔθνος κτλ.

Prima si legimus[1]), Ephorus et Herodotus in ea re congruunt, quod Carpides, Aroteres, Neuros nominant, nisi quod Ephorus pro Callipidis nomen Carpidarum praebet, discrepant autem in ea re, quod Alazones, quos Herodotus inter Callipides et Aroteres affert, ab Ephoro omissi sunt. Sed quod plurimum valet, gentes Ephori non a Borysthene ad Tyram, sed ad Istrum pertinent. Trans Borysthenem eandem gentium tabulam praebet Ephorus, quam Herodotus in cc. 17 sqq., ubi geographi tabulam accuratissime secutus est. Sed Androphagi apud Ephorum Scythae sunt, cum apud Herodotum legamus:

Ἀνδροφάγοι, ἔθνος ἴδιον καὶ οὐδαμῶς Σκυθικόν. Non ergo cum Herodoto, sed cum eius auctore Ephorus congruit. Trans Panticapen secundum Herodotum Scythae Nomades et regii, secundum Ephorum Limnaei et aliae Nomadicae gentes quae vocantur habitant. Tum v. 859 lacuna exstat[2]). Postea de Scy-

1) cf. tabulam III.

2) Quae gens in illa Ephori lacuna v. 859 fuerit, facile dicere possumus; deest Melanchlaenorum mentio, quos in tabulis illorum temporum fuisse ex eo concludere possumus, quod apud Herodoti auctorem et apud Hecataeum nobis occurrunt.

this Ephorus loquitur qui in Asiam transgressi „Sacae“ vocatur. Apud Herodotum simili modo VII 64 οἱ γὰρ Πέρσαι πάντας τοὺς Σκύθας καλέουσι Σάκας legimus Persas de quibus Ephorus nihil dicit non solum eos qui in Asiam transgressi essent, sed omnes Scythas Sacas nominare.

v. 862 clarissimas horum Scytharum gentes esse Sauromatas Gelonos Agathyrsos et v. 870 Tanaim ex palude quadam oriri audimus [1]).

Quae de Tanai ab Ephoro traduntur, plane ad Herodoti descriptionem IV 57 quadrant. Cur autem Sauromatas Gelonos Agathyrsos gentes nobilissimas esse Ephorus dicat, neque ex Herodoti cc. 21 et 22 quae ex periodo sumpsit, neque ex historia belli cc. 99 sqq. intellegi potest. Postremo in eo quoque quod Sauromatas trans Maeotidem habitare dicit Ephorus cum Herodoto consentit. Eam autem discrepantiam videmus, quod Ephorus Maeotas vv. 878—881 partem Sauromatarum esse tradit, apud Herodotum autem c. 123, quod ex indigenis haustum esse iam vidimus, non ex Sauromatis sunt.

Müllenhoff [2]) dixit: „Ephorus bewies dann dieselbe Abhängigkeit (von Herodot), sodaß er die Lücke in Herodots Diathese übersehend seine Aufstellung der skythischen Völker mit den Anwohnern des Bugs (Hypanis) begann, . . . doch daneben hatte Ephoros namentlich über den Dnjestr (Tyras) neue Nachrichten . . . Er benutzte neben Herodot offenbar noch eine dem Scylax oder Phileas verwandte Quelle“.

Haec recta esse non possunt. Nam quod Ephoro cum Herodoto multa communia sunt, magni momenti non est, quia Herodotus ipse geographi alicuius tabulam in universum accurate reddit. Non autem ab Herodoto Ephorum pendere, sed ab Jonico geographo, fortasse ab ipso Herodoti auctore vel ea res sola declarat, quod Androphagos Scythas esse dicit, quam sententiam

---

1) alterius rei testis expressis verbis Ephorus affertur, quia antea Hecataeus Eretrieus nominatus est.

2) Müllenhoff, Deutsche Altertumskunde III 45/46.

geographus ille protulerat, Herodotus impugnabat. Accedunt magnae aliae discrepantiae quas modo deteximus. Nam quamquam luce clarius est Ephorum in historiis suis scribendis ab Herodoto pendere, tamen non opus est inde nos efficere Ephorum ubique ex Herodoto sua hausisse. Praecipue in rebus geographicis id spectare debemus Herodotum ne minime quidem idoneam descriptionem geographicam praebuisse, qua Ephorus in geographia scribenda uti posset. Ei qui secundum Herodotum Scythiam describere volebat, ex tribus locis dispersis, IV 17—27, 47—58, 99—101, fortasse quoque 103—117 descriptio colligenda erat. Nonne verisimilius est, Ephorum, praesertim cum sciamus, eum saepe compluribus auctoribus promiscue usum esse, hic periodum quandam secutum esse, ex qua ea, quae scire volebat, ratione multo commodiore accipere posset?

Quod iam supra dictum est, versus antecedentes 768—840 in Scymni opere non ex Ephoro hausti esse possunt, id quod Dopp l. l. voluit.

Πόλις
Ἴστρος ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ λαβοῦσα τοὔνομα.
ταύτην τὴν πόλιν
Μιλήσιοι κτίζουσιν, ἡνίκα Σκυθῶν
εἰς τὴν Ἀσίαν στράτευμα διέβη βαρβάρων
τὸ Κιμμερίους διῶκον ἐκ τοῦ Βοσπόρου.

Ἴστρος ὁ ποταμός·
κατέρχετ' ἀπὸ τῶν ἑσπερίων οὗτος τόπων
τὴν ἐκβολὴν πέντε στόμασι ποιούμενος·
καὶ δυσὶ δὲ ῥεῖ σχιζόμενος εἰς τὸν Ἀδρίαν.
Ἀμέλει δὲ μέχρι τῆς Κελτικῆς γινώσκεται.
καὶ τῷ θέρει τὸν πάντα διαμένων χρόνον,
χειμῶνι μὲν γὰρ αὔξετα πληρούμενος
τοῖς γινομένοις ὄμβροισιν, ἐν δὲ τῷ θέρει
ἀπὸ τῆς χίονος ὥς φασι τὰς ἐπιρρύσεις
τῶν τηκομένων τε λαμβάνων ἀεὶ πάγων,

τὸ ῥεῖθρον ἐξίησιν ὡσαύτως ἴσον.
Ἔχει δὲ καὶ νήσους ἐν αὐτῷ κειμένας
πολλάς τε καὶ μεγάλας μεγέθεσιν ὡς λόγος,
ὧν ἡ μεταξὺ τῆς θαλάττης κειμένη
καὶ τῶν στομάτων οὐκ ἔστ' ἐλάττων μὲν Ῥόδου,
Πεύκη δὲ λέγεται διὰ τὸ πλῆθος ὧν ἔχει
πευκῶν. ἀπ' εὐθείας κατ' αὐτὴν πλαγία
Ἀχιλλέως ἡ νῆσός ἐστι κειμένη.

Ἔχει δὲ πλῆθος χειρόηθες ὀρνέων
θεὰν ἱεροπρεπῆ τε τοῖς ἀφικνουμένοις.
οὐ δυνατὸν ἀπὸ ταύτης δ' ἰδεῖν χώραν τινά
καίπερ ἀπεχούσης τῆς πέραν στάδια μόνον
τετρακόσι', ὡς δὴ συγγράφει Δημήτριος.

(οὗτοι δὲ Θρᾶκες Βαστάρναι τ' ἐπήλυδες).

Ὁ ποταμὸς
Τύρας βαθύς τ' ὢν εὔβοτός τε ταῖς νομαῖς
τῶν ἰχθύων διάθεσιν ἐμπόροις ἔχων,
ταῖς ὁλκάσιν τε ναυσὶν ἀνάπλουν ἀσφαλῆ
ὁμώνυμος δὲ τῷ ποταμῷ κεῖται πόλις
Τύρας, ἄποικος γενομένη Μιλησίων.

Ἐπὶ ταῖς δὲ καθ' Ὕπανίν τε καὶ Βορυσθένην
ποταμῶν διπλαῖσι συμβολαῖς ἔστιν πόλις
κτισθεῖσα πρότερον Ὀλβία καλουμένη,
μετὰ ταῦθ' ὑφ' Ἑλλήνων πάλιν Βορυσθένης
κληθεῖσα· ταύτην τὴν πόλιν Μιλήσιοι
κτίζουσι κατὰ τὴν Μηδικὴν ἐπαρχίαν·
διακοσίων σταδίων δὲ καὶ δὶς εἴκοσιν
ἀπὸ τῆς θαλάττης τὸν ἀνάπλουν Βορυσθένει
ἔχει ποταμῷ.

οὗτος δὲ πάντων ἐστὶ χρειωδέστατος
κήτη μεγάλα καὶ πολλὰ καρποὺς φέρων
τοὺς φυομένους νομάς τε τοῖς βοσκήμασιν.
῾Ρεῖν δ᾽αὐτὸν ἐπὶ μὲν ἡμερῶν λέγουσι πλοῦν
ὡς τετταράκοντα πλωτὸν, εἰς δὲ τοὺς ἄνω
τόπους ἄπλωτός ἐστι κοὐ περάσιμος·
ὑπὸ χίονος γὰρ καὶ πάγων ἐξείργεται.

Ἀχίλλειος δρόμος
ὅπερ ἐστὶν ἠὼν σφόδρα μακρά τε καὶ στένη.

῾Η Ταυρικὴ δὲ χερρόνησος λεγομένη,
τούτοις συνάπτει, πόλιν ἔχουσ᾽ ῾Ελληνίδα,
ἣν ῾Ηρακλεῶται Δήλιοί τ᾽ ἀπῴκισαν,
τοῖς ῾Ηρακλεώταις γενομένου χρησμοῦ τινος
τοῖς τὴν Ἀσίαν οἰκοῦσιν ἐντὸς κυανέων
ἅμα Δηλίοισιν χερρόνησον οἰκίσαι.
Τούτον εἰς τόπον τινές
τῆς Ταυρικῆς λέγουσιν ἀφικέσθαι ποτέ
κλαπεῖσαν Ἰφιγενείαν ἐκ τῆς Αὐλίδος.
Εἰσὶν δὲ τοῖς ὄχλοισιν οἱ Ταῦροι συχνοί,
βίον δ᾽ ἐνόρειον νομάδα τ᾽ ἐζηλωκότες,
τὴν δ᾽ ὠμότητα βάρβαροί τε καὶ φονεῖς,
ἱλασκόμενοι τὰ θεῖα τοῖς ἀσεβήμασιν.

Ἔπειτ᾽ ἐπ᾽ αὐτοῦ τοῦ στόματος Μαιώτιδος
λίμνης, τὸ Παντικάπαιόν ἐστιν ἔσχατον,
τοῦ Βοσπόρου βασίλειον ὠνομασμένον.
Ἄνωθε τούτων ἡ Σκυθὶς γῆ βάρβαρος
πρὸς τὴν ἀοίκητον συνορίζουσ᾽ ἐστὶ γῆν
καὶ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἀγνοουμένην.
Πρώτους δὲ παρὰ τὸν Ἴστρον κτλ.

Ex his versibus congruunt vv. 778—784, ubi de Istro agitur, cum Herodoti IV 50 et vv. 813—819, qui de Borysthene agunt,

cum Herodoti IV 53. Utroque autem loco ea in Scymni verbis continentur, quae Herodotum ipsum periodo addidisse demonstravimus (p. 13, 16) Intellegere non possumus, quo iure Doppius hos Scymni versus Ephoro attribuerit, praesertim cum hi non sicut v. 841 sqq. sub Ephori nomine traditi sint.

Quomodo gentium Scythicarum imago per saecula sequentia mutata sit, optime exposuit Müllenhoff[1]) cuius iudicium in eis solum quae de Valerii Flacci gentium tabula dixit subversum est dissertatione quam A. Heeren[2]) scripsit.

Altera terra, cuius descriptionem in libro IV Herodotus tradit, est Libya. Quam partem Diels[3]) propter totum genus dicendi ex Hecataeo desumptam esse putat. Quae opinio num vera sit cognoscere non possumus nisi verbis accurate tractatis[4]).

Τὸν Λιβυκὸν λόγον ibi narrationi inseruit auctor, ubi prima illius terrae mentio facta est. Postquam inde a cc. 145—167 historia Libyae narrata est, ex c. 168 descriptio terrae incipit. Sententiarum ordo cc. IV 168—199 hic est:

168—180 illae gentes nominantur quae in ora maritima inde ab Aegypto usque ad Tritonida lacum sedes habent,

---

1) Müllenhoff, Deutsche Altertumskunde III 1—90.

2) A. Heeren, De chorographia a Val. Flacco adhibita. Diss. Gött. 1899.

3) Hermes XXII 422.

4) De his regionibus egerunt:

Heeren, Ideen über die Politik, den Verkehr und den Handel der vornehmsten Völker der Welt. 1793 I 150—172.

Ukert, Geographie der Griechen und Römer 1816/32.

Bobrik, Geographie des Herodot 1838.

Macan, Herodotus, ad l. IV.

Forbiger, Handbuch der alten Geographie 1877

et nuper, cum dissertatio iam amplissimo philosophorum ordini comprobata esset, Herodoti descriptionem Libyae simili modo tractavit, quo ego tractavi,

F. Jacoby, Hekataios (Realenzyclopaedie VII).

181—185 illae gentes describuntur, quae in eo deserto habitant, quod hodie vocamus „Sahara".

186—196 iterum ad oram maritimam Herodotus regreditur, et cum c. 186 ea complectatur quae de earum gentium moribus dicenda sunt, quas cc. 168—180 enumeravit, inde a c. 187 de eis gentibus narrat quae a lacu Tritonide ad occidentem spectant,

197—199 ea afferuntur quae ad totius Libyae naturam attinent. cc. 200 usque ad exitum libri belli Aegyptorum contra Libyas facti narrationem praebent.

Primam descriptionis partem inspiciamus qua gentes quae ad oram maritimam habitant eo ordine enumerantur, ut ab oriente ad occidentem descriptio progrediatur.

Verba quibus altera gens ad alteram adnectitur omnibus fere locis eadem sunt: [τούτων] δὲ ἔχονται τὰ πρὸς ἑσπέρης [ἄλλοι]. In cc. 169, 170, 171, 172, 175 hanc ipsam formulam, ceteris huius partis locis uno vel altero interdum vocabulo mutato similem scriptam videmus.

In ipsis quoque descriptionibus Herodotus plane similem in modum progreditur ac formulis plerumque usus est.

c. 168. πρῶτοι Ἀδυρμαχίδαι κατοίκηνται, οἳ ν ό μ ο ι σ ι μὲν τὰ πλέω Αἰγυπτίοισι χρέωνται, ἐ σ θ ῆ τ α δὲ φορέουσιν, οἵηνπερ οἱ ἄλλοι Λίβυες.

c. 169. Γιλιγάμαι . . . (ad exitum:) ν ό μ ο ι σ ι δὲ χρέωνται οὗτοι παραπλησίοισι τοῖσι ἑτέροισι.

c. 170. Ἀσβύσται . . . (ad exitum:) ν ό μ ο υ ς δὲ τοὺς πλεῦνας μιμέεσθαι ἐπιτηδεύουσι τοὺς Κυρηναίων.

c. 171. Βάκαλες, ὀ λ ί γ ο ν ἔ θ ν ο ς . . . ν ό μ ο ι σ ι δὲ χρέωνται τοῖσι αὐτοῖσι τοῖσι καὶ οἱ ὑπὲρ Κυρήνης.

c. 172. Νασαμῶνες . . . ἔ θ ν ο ς ἐ ὸ ν π ο λ λ ό ν, (γυναῖκας) . . . ἐπίκοινον αὐτέων τὴν μ ε ῖ ξ ι ν ποιεῦνται; . . . ὁ ρ κ ί ο ι σ ι δὲ χρέωνται . . . καὶ μ α ν τ ι κ ῇ, π ί σ τ ι σ ι δὲ τοιῇσίδε χρέωνται.

c. 175. verba quibus Macarum capillorum habitus et signa bellica describuntur, ad descriptionem νόμων pertinere apparet,

praesertim cum eandem brevitatem praebeant, quam capita antecedentia.

c. 176. De Gindanum coitu et mulierum vestitu agitur.

cc. 174, 177, 178 sicut cetera capita de moribus ceterarum gentium brevissime referunt. In gentium harum igitur descriptionibus easdem semper res videmus brevissimis verbis pertractatas esse.

Ex his duabus causis quas demonstravimus, quod primum verba quibus gentium descriptiones inter se coniunctae sunt semper fere eadem sunt, quod deinde eodem semper brevissimo genere dicendi de gentibus narratur, hisce igitur ex causis concludere possumus, Herodotum hanc relationem non ex ore incolarum terrae recepisse, sed librum geographicum quo continebatur „περίοδος“ esse secutum[1]), praesertim cum genus dicendi quo Herodotus hic utitur plane cum capitum 17—20 genere congruat. (cf. p. 8).


Ne quis autem dubitet, quin omnino ex certo fonte Herodotus hauserit hanc descriptionem, statim commemoro c. 173, ubi Psyllorum gens initio capitis Nasamonum finitima esse dicitur, statim autem iam interiisse narratur.

c. 173: Νασαμῶσι δὲ προσόμουροί εἰσι Ψύλλοι· οὗτοι ἐξαπολώλασι τρόπῳ τοιῷδε . . . ἐξαπολομένων δὲ τούτων ἔχουσι τὴν χώρην οἱ Νασαμῶνες.

Prima verba e periodo sumpta, narrationem quae sequitur ab ipso Herodoto additam esse apparet.

Situm autem finium harum gentium ut examinemus hanc tabulam propono:

1) Jacoby l. l.



Ab oriente prima gens Adyrmachidae sunt (c. 168), deinde sequuntur Giligamae (c. 169) et Asbystae (c. 170). In septentrionem ab Asbystis spectant Cyrenaei (c. 170). Quae verba tum solum vera esse possunt, si putamus oram maritimam flexu facto in septentrionem magis se convertisse. Ab Asbystis ad occidentem sequuntur Auschisae qui in meridiem spectant a Barcaeis. Barca ergo a Cyrenaeis in occidentem spectat, unde oram ad occidentem iterum vergere intellegimus. Ab Auschisis tum in occidentem proficiscenti Nasamones habitant. Ex his verbis intellegimus oram iterum ad meridiem se flexisse, tum autem priorem cursum ab oriente ad occidentem tenere.

Auschisarum fines legimus mare attingere κατ' Εὐεσπερίδας. Tum autem sequitur c. 171: Αὐσχισέων δὲ κατὰ μέσον τῆς χώρης οἰκέουσι Βάκαλες, ὀλίγον ἔθνος κατήκοντες ἐπὶ θάλασσαν κατὰ Ταύχειρα πόλιν τῆς Βαρκαίης. Quorum verborum sensum non esse apertum manifestum est. Nam si Bacales media in terra Auschisarum sedes tenent, quomodo fiat, ut in Barcaeorum terra mare attingant?

Quam discrepantiam duabus rationibus declarare possumus, et ita, ut sumemus Taucheiram esse coloniam Barcaeam, quae a Barcaeorum finibus separata in terra Auschisarum sita sit, et ita, ut id quod c. 171 de Auschisis narratum est, ab Herodoto ipso ad-

ditum esse putemus. Coniecturam autem posteriorem id fulsit, quod c. 172 descriptio insequens verbis Αὐσχισέων δὲ κτλ. revertitur ad initium descriptionis huius gentis c. 171 Αὐσχισέων δὲ κτλ.

Sed aperte videmus, huic periodo alia ab Herodoto ipso addita esse et ea potissimum non ex periodo orta esse videmus quae sententiarum conexum delent.

C. 173. priori relationi periodi posteriora addita esse iam supra vidimus. Quinetiam unde c. 173 narratio posterior ei venerit Herodotus nos certiores facit per verba:

λέγω δὲ ταῦτα τὰ λέγουσι Λίβυες.

Praeter hunc locum quem sententiarum ordinem gravissime perturbare vidimus ad eos quoque animum attendere debemus quorum dicendi genus a totius enarrationis genere brevissimo et strictissimo abhorret; itaque in eas fabellas inquiramus quae morum descriptionibus diversis locis mixtae sunt.

c. 168 strictissimo genere dicendi primo quibus moribus Adyrmachidae, tum quali vestitu utantur, tertium quae coitus consuetudines apud eos sint, enarratur. Inter vestitus autem et coitus descriptionem narratiuncula immixta est, qua quomodo mulieres pediculis se liberent fuse audimus.

c. 172 media in Nasamonum descriptione verbis latioribus narratur qua ratione illa gens locustas torreat atque edat.

Pro certo additas esse has fabulas etsi non affirmaverim, tamen suspicionem nobis movent.

Aliter autem eis locis quos nunc afferemus, res se habet. Nam sine dubio c. 172 verba quibus Nasamones cum Massagetis comparantur, ab Herodoto addita sunt, praesertim cum plane consentiant cum iis quae I 216 de Massagetis ab Herodoto accepimus.

c. 178 de Tritonide lacu concisa brevitate scripta legimus: ἐν δὲ αὐτῇ νῆσος ἔνι, τῇ οὔνομα Φλά· ταύτην δὲ τὴν νῆσον Λακεδαιμονίοισί φασι λόγιον εἶναι κτίσαι. Caput insequens his verbis ad illa adnectitur: ἔστι δὲ καὶ ὅδε λόγος λεγόμενος κτλ. et se-

quitur enarratio verbosa quae eandem lacus istius historiolam praebet quam Pindarus Pyth. IV.

Quam ab Herodoto ex alio auctore acceptam postea esse additam et ex forma verbosa et ex illis verbis percipere possumus quibus historia exorditur.

c. 180, quo Auseum νόμοι nobis traduntur, cum et capillorum habitus et puellarum pugnae et deorum veneratio et coitus describantur, post puellarum pugnae descriptionem inserta est adnotatio critica, quam ab Herodoto ipso oriri perfacile intellegi potest: c. 180 (κοινῇ παρθένον τὴν καλλιστεύουσαν ἑκάστοτε κοσμήσαντες . . . πανοπλίῃ Ἑλληνικῇ περιάγουσι κύκλῳ.) ὁτέοισι δὲ τὸ πάλαι ἐκόσμεον τὰς παρθένους πρὶν ἤ σφι Ἕλληνας παροικισθῆναι, οὐκ ἔχω εἰπεῖν, δοκέω δ' ὦν Αἰγυπτίοισι ὅπλοισι κοσμέεσθαι αὐτάς· ἀπὸ γὰρ Αἰγύπτου καὶ τὴν ἀσπίδα καὶ τὸ κράνος φημί ἀπῖχθαι ἐς τοὺς Ἕλληνας.

Totam hanc descriptionem orae aspicienti id conspicuum est, Herodotum oppidorum quae ad mare sita sunt, descriptionem non praebere, qua de re optime tractavit F. Jacoby l. l. p. 2730. Quamquam autem apud Herodotum descriptio horum oppidorum deest, tamen videmus eum saepius eorum mentionem facere. Capitibus enim antecedentibus 145—167 Cyrenae et Barcae originem narrat et in descriptione ipsa cc. 169 et 170 Cyrenae oppidi et Cyrenaeorum morum, c. 171 Barcae, Taucheirae, Euesperidum oppidorum mentio fit, quasi antea eorum descriptio tradita sit. Recte Jacoby inde conclusit, horum oppidorum descriptionem in periodo qua Herodotus usus est, non defuisse, sed ab Herodoto tantum omissam esse.

Iam omnes gentes quae praeter oram maritimam ab Aegypto usque ad Tritonida lacum sedes tenebant, enumeratae sunt. Capite autem 181 non hic gentium ordo usque ad fretum Gaditanum continuatur, sed denuo ab Aegypto initium sumens Herodotus eas gentes tractat, quae in solitudine quam nunc vocamus „Sahara" eam zonam habitant, quam Herodotus

ὀφρύην ψάμμης vel ψάμμου

vocat.

Totam Libyam in tres quasi zonas ab oriente in occidentem pertinentes divisam esse narratur, quarum primam quae praeter oram maritimam sita est οἱ παραθαλάσσιοι tenent, alteram θηριώδεα Λιβύην Herodotus appellat, tertia ὀφρύη ψάμμου vocatur. Tertiae zonae nomine non illud desertum magnum significari, sed ab deserto zonam accurate distingui vel inde intellegere possumus quod incolae illorum locorum quae nos vocamus „Oasen", quae in tertia zona, τῇ ὀφρύῃ ψάμμου sunt, οἰκέουσι ἔσχατοι πρὸς τῆς ἐρήμου καὶ ὑπὲρ τοῦ θηριώδεος (medio in c. 181). Accedunt quae in c. 185 fine legimus: ὑπὲρ δὲ τῆς ὀφρύης ταύτης, τὸ πρὸς νότον καὶ ἐς μεσόγαιαν τῆς Λιβύης, ἔρημος καὶ ἄνυδρος καὶ ἄθηρος καὶ ἄνομβρος καὶ ἄξυλός ἐστι ἡ χώρη καὶ ἰκμάδος ἐστὶ ἐν αὐτῇ οὐδέν.

Unde Herodotus illam zonarum divisionem acceperit, postea perscrutemur.

Errore quodam prima pars descriptionis turbata est qua locorum natura exponitur. Legimus enim c. 181: ἐν δὲ τῇ ὀφρύῃ ταύτῃ μάλιστα διὰ δέκα ἡμερέων ὁδοῦ ἁλός ἐστι τρύφεα κατὰ χόνδρους μεγάλους ἐν κολωνοῖσι, καὶ ἐν κορυφῇσι ἑκάστου τοῦ κολωνοῦ ἀνακοντίζει ἐκ μέσου τοῦ ἁλὸς ὕδωρ ψυχρὸν καὶ γλυκύ, περὶ δὲ αὐτὸ ἄνθρωποι οἰκέουσι ἔσχατοι πρὸς τῆς ἐρήμου καὶ ὑπὲρ τῆς θηριώδεος κτλ. Gentium igitur sedes colles salis sunt quorum e cacumine fons aquae frigidae dulcisque oritur, homines autem circum fontem habitant. Haec descriptio non ad rerum naturam apta est, nam per nostrorum temporum scriptores certiores facti sumus et per solitudinem lacus vel colles salis esse dispersos[1]) et circum fontes qui hic illic oriantur hominum sedes esse, nec tamen mediis ex salis collibus fontes oriri. Ab Herodoto ergo verbis quae attulimus diversae narrationes in unam confusae sunt.

Singularum gentium sedes („Oasen") decem dierum spatio inter se separatas inde a Thebis Aegyptorum usque ad Herculis

1) G. Rohlfs, Kufra p. 195.

columnas pertinere Herodotus affirmat. Prima gens Ammoniorum est qui Jovis illud templum atque oraculum pernotum tenent.

Altera gens „Augila“ locum tenet qui inde ab Herodoti temporibus ad hunc diem idem nomen tulit, tertiumque locum tenent Garamantes. Quibus de locis legimus c. 182: ἐς τοῦτον τὸν χῶρον (sc. Αὔγιλα) οἱ Νασαμῶνες ὀπωριεῦντες τοὺς φοίνικας φοιτῶσι. 183: ἀπὸ δὲ Αὐγίλων διὰ δέκα ἡμερέων ἀλλέων ὁδοῦ ἕτερος ἁλὸς κολωνὸς καὶ ὕδωρ καὶ φοίνικες καρποφόροι πολλοὶ κατάπερ καὶ ἐν τοῖσι ἑτέροισι. καὶ ἄνθρωποι οἰκέουσι ἐν αὐτῷ τοῖσι οὔνομα Γαράμαντές ἐστι.

Quo cum loco conferri opus est c. 172: Αὐσχισέων δὲ τούτων τὸ πρὸς ἑσπέρης ἔχονται Νασαμῶνες, ἔθνος ἐὸν πολλόν, οἳ τὸ θέρος καταλιπόντες ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ τὰ πρόβατα ἀναβαίνουσι ἐς Αὔγιλα χῶρον ὀπωριεῦντες τοὺς φοίνικας· οἱ δὲ πολλοὶ καὶ ἀμφιλαφέες πεφύκασι πάντες ἐόντες καρποφόροι.

Quamquam argumentum grave afferre non possumus quo permoti c. 172 verba quae laudavimus periodo ab Herodoto esse addita dicamus, tamen propterea, quod de palmis longiore ratione narratum est quam de ceteris rebus ex periodo sumptis et propterea quod „Augila“ loci nomen hic videmus, qui ubi sit, nondum scimus, opinionem, haec verba ab Herodoto periodo addita esse, amovere non possumus. Dubium autem esse non potest, quin ea quae ex c. 172 attulimus eadem sint atque quae c. 172 legimus, praesertim cum eadem fere vocabula: ὀπωριεῦντες τοὺς φοίνικας et καρποφόροι πολλοὶ vel ἀμφιλαφέες utroque loco legamus.

Utra autem descriptio ab altera pendeat, priorne c. 172 a posteriore c. 183 an posterior a priore, pro certo diiudicare non possumus. Quod ea quae c. 172 in descriptione „Augila“ loci de natura palmarum protulerat (Νασαμῶνες . . ., οἳ τὸ θέρος καταλιπόντες ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ τὰ πρόβατα ἀναβαίνουσι ἐς Αὔγιλα χῶρον ὀπωριεῦντες τοὺς φοίνικας· οἱ δὲ πολλοὶ καὶ ἀμφιλαφέες πεφύκασι, πάντες ἐόντες καρποφόροι), c. 183 Herodotus in Garamantium descriptione narrat (ἀπὸ δὲ Αὐγίλων διὰ δέκα ἡμερέων ἀλλέων ὁδοῦ ἕτερος ἁλὸς κολωνὸς καὶ ὕδωρ καὶ φοίνικες καρποφόροι πολλοί, κατάπερ καὶ ἐν τοῖσι ἑτέροισι· καὶ ἄνθρωποι οἰκέουσι

ἐν αὐτῷ τοῖσι οὔνομα Γαράμαντές ἐστι κτλ.) nullius nobis momenti est, cum verbis additis (c. 183) κατάπερ καὶ ἐν τοῖσι ἑτέροισι illa quae de palmis dicta sunt in „Augila" locum quoque valere cognoscamus.

Deinde id quod c. 183 legimus: καὶ ἄνθρωποι οἰκέουσι ἐν αὐτῷ τοῖσι οὔνομα Γαράμαντές ἐστι, ἔθνος μέγα ἰσχυρῶς, οἳ ἐπὶ τὸν ἅλα γῆν ἐπιφορέοντες οὕτω σπείρουσι, συντομώτατον δ' ἐστὶ ἐς τοὺς Λωτοφάγους, ἐκ τῶν τριήκοντα ἡμερέων ἐς αὐτοὺς ὁδός ἐστι κτλ. conferamus cum c. 174: τούτων δὲ κατύπερθε πρὸς νότον ἄνεμον ἐν τῇ θηριώδεϊ οἰκέουσι Γαράμαντες, οἳ πάντα ἄνθρωπον φεύγουσι καὶ παντὸς ὁμιλίην, καὶ οὔτε ὅπλον ἐκτέαται ἀρήιον οὐδὲν οὔτε ἀμύνεσθαι ἐπιστέαται.

Quae de Garamantibus modo exscripsimus valde inter se repugnant. Nam cum c. 174 ἐν τῷ θηριώδεϊ habitent in secunda Libyae zona, c. 183 eos in τῇ ὀφρύῃ ψάμμου habitare ex tota enumeratione plane apparet. Praeterea c. 172 a Nasamonibus in meridiem Garamantes spectant, in occidentem autem primi Macae, deinde Gindanes, postremo Lotophagi [1]), qua cum re nullo modo conciliare possumus quod c. 183 legimus Garamantes proximos esse ad Lotophagos [2]). Hisce ex locis bene perspici potest, non

1) cf. IV 175—177.

2) Sine dubio c. 183 Herodotus oblitus se iam antea de Garamantibus talia dixisse quae cum hac descriptione pugnant recte hos Garamantes cum Lotophagis prioris descriptionis coniunxit, ita ut id quod Jacoby (p. 2731) vidit figura quadrata fingeretur eis quattuor lineis, quae efficiuntur ora maritima a Nasamonibus ad Lotophagos pertinente, itinere triginta dierum a Lotophagis ad Garamantes c. 183, itinere decem dierum ab his Garamantibus ad Augila locum, itinere a Nasamonibus ad Augila locum (cc. 172, 182). Illius triginta dierum itineris, quod per tres zonas τὴν οἰκουμένην, τὴν θηριώδεα, τὴν ὀφρύην ψάμμου eat, denos ad quamque zonam dies pertinere apparet. Unde intellegimus Herodotum chartam totius Libyae in partes dividere conatum esse, quarum lineae denos inter se dies distarent. Non autem inde quod de Garamantibus duobus locis res plane inter se diversae narrantur, cum viro doctissimo Jacoby colligere possumus, in periodo duas gentes eiusdem nominis moribus autem diversis fuisse, sed de Ga-

ex eodem fonte has relationes posse haustas esse. Cum autem c. 174 apte cum tota descriptione cc. 168—180, quam ex periodo sumptam esse novimus, cohaereat et c. 183 e contextu cc. 181—185 exsolvi non possit, descriptionem gentium quae desertum tenent, ab alio auctore sumptam esse atque descriptionem cc. 168—180 concludendum nobis est.

Quarta gens in ordine post Garamantes Atarantes sunt quintaque Atlantes qui iuxta Atlantem montem sunt. Ultra quos quae gentes sint dicere Herodotus non potest, tantum salinae decem dierum spatio intermisso mentionem facit circum quam homines quidam sedes teneant. In fine descriptionis (c. 185) id quod iam commemoravimus accurate iterum narratur, quae ratio inter zonam tertiam quam gentes istae teneant et solitudinem magnam quae ad meridiem magis spectet, intercedat.

Unde Herodotus hanc relationem, quam a priore descriptione cc. 168—180 quae ex periodo orta est distare iam diximus, acceperit, quaerimus [1]). Cum secundum auctoris verba uno ordine inde a Thebis usque ad Herculis columnas gentium sedes istae inter se conexae sint, mercandi viam quandam describi putare possumus, quam nos vocamus „Karawanenstraße". Sed ne haec credamus complura impedimenta obstant. Manifestum enim est, illud decem dierum spatium quod inter sedes singulas interesse auctor tradit non e vera natura terrae esse. Illa verba autem non plane falsa esse inde videre potes, quod verum est iter a Thebis ad Ammonium quintam fere partem totius spatii usque ad Atlantem montem pertinentis esse.

Deinde id exstat atque eminet veritatem descriptionis non minui spatio intermisso. Ut exemplum afferatur, c. 184 Atlantis

---

ramantibus duas descriptiones inter se diversas Herodotum afferre propterea dicere possumus, quod aliis locis, praecipue in Scytharum descriptione, vidimus eum singulas partes gentis, quarum mores diversae essent, diligentissime inter se separare (IV 17).

1) Hac de quaestione benevolo animo multa mihi exposuit Sethe vir doctissimus.

montis optimam descriptionem Herodotus offert et c. 185 salinam quandam laudat cuius naturam bene exponit. Deinde ne mercatorum viam descriptam esse putemus, obstat, quod illae gentes neque umquam cum Aegypto vel aliis terris magnum commeatum habuerunt neque nunc habent [1]) et solae res quas ista loca procreant, palmae sunt, quae quomodo usque ad hunc diem deportentur initio c. 172 et fine c. 182 comperimus. Accedit, quod difficultates maximae commeatibus per deserta proficiscentibus obstant [2]). His omnibus de causis non verisimile est Herodoti illas gentes mercandi via inter se coniunctas fuisse. Ista potius c. 182 verba verum referunt, ubi audimus per gentes indigenas palmas ad oram maritimam deportari. Bene apparet non a Thebis usque ad Atlantem montem mercatores isse, sed praeter oram maritimam navibus vectos esse. Qui cum in diversis partibus cum indigenis convenissent qui media e Libya ad oram migraverant, eorum ex narrationibus talem sibi locorum situm fingere potuerunt, qualem apud Herodotum descriptum legimus.

Cuius gentis isti mercatores fuerint, accurate dicere non possumus. Cum autem et constet Aegyptiorum negotiationem maritimam non fuisse fixam, et id nobis apparuerit de occidentali quoque parte Libyae bona referri et Herodotus alio loco (c. 195) ipse de Carthaginiensium mercatura narret, aut Carthaginiensium aut Cyrenaeorum vel Phoenicum narrationem Herodotum reddere suspicari possumus. Herodotus autem relationem scriptam acceperit necne, diiudicare non possumus. Is enim error in quem in describenda locorum natura cecidit (p. 53) et Herodoti et auctoris esse potest [3]).

Restat ut quaeramus quo ex fonte Herodotus Libyae citra desertum sitae divisionem in tres partes acceperit:

---

1) G. Rohlfs, Kufra p. 80.

2) G. Rohlfs, Kufra.

3) Id quod Heeren, Ideen I 150—172 statuit, ab Herodoto iter mediam in Africam pertinens esse descriptum, ob eam rem falsum est, quod et zonam istam tertiam et Atlantem montem Herculisque columnas laudari Heeren neglegit.

c. 181: Οὗτοι μὲν οἱ παραθαλάσσιοι τῶν νομάδων Λιβύων εἰρέαται, ὑπὲρ δὲ τούτων ἐς μεσόγαιαν ἡ θηριώδης ἐστὶ Λιβύη, ὑπὲρ δὲ τῆς θηριώδεος ὀφρύη ψάμμης κατήκει, παρατείνουσα ἀπὸ Θηβέων τῶν Αἰγυπτιέων ἐπ' Ἡρακλέας στήλας. Qua de re ut iudicare possimus, omnes Herodoti locos perscrutemur quibus de Libya agitur.

Quod II 8 ubi Nili ripae describuntur de zonis nihil audimus, non miramur, cum ab utraque latere Nilus montibus circumdetur qui Aegyptum a Libya seiungunt.

Cc. II 31—33 Libya divisa est in oram (τοὺς παραθαλασσίους), partem bestias tenentem (τὴν θηριώδεα), desertum (τὴν ἔρημον): „Nasamones quidam cum per omnes terrae zonas issent, πρὸς Ζέφυρον ἄνεμον viam tenentes[1]) a viris parvulis quibus occurrerunt in eorum oppidum ducti sunt. Prope quod oppidum flumen magnum fluit inde ab occidente ad orientem[2]). Illi autem viri lingua Nasamonibus ignota utebantur. Hanc narrationem Nasamones Etearcho regi Ammonio narraverunt, ex quo viri Cyrenaici audiverunt, qui Herodoto eam tradiderunt".

Habemus narrationem, cuius partes omnes inter se bene congruunt, in qua etiam trium zonarum mentio aptissima est, nam cum fabula initium capiat a deserto τῇ ἐρήμῳ[1]) et sedes Nasamonum in ora maritima Libyae sint, duae zonae iam suum locum habent. Media autem zona, τῆς θηριώδεος Λιβύης, quae ceteras partes coniungat, opus esse in descriptione inde colligere possumus, quod ad hunc diem illa zona Libyae, quae intra oram et desertum est, a ceteris discernitur cui nomen est „Biledulgerid".

In fabula ipsa recto loco zonarum mentio fit, ubi virorum Nasamonum migrationis initium factum est.

---

1) Quomodo hic error explicetur, dicere non possum. Nam et ex trium zonarum situ et ex totius narrationis sententia ad meridiem, non ad occidentem eorum via fuit.

2) Hoc loco Herodotus probare vult, Nilum primum ab occidente ad orientem, tum demum flexu facto a meridie ad septentrionem fluere.

3) II 31: ἔρημος γὰρ ἡ χώρη αὕτη ὑπὸ καύματος, ἀλλὰ τάδε μὲν ἤκουσα κτλ.

Etiam IV 181 sqq. cum narratione zonarum mentio apte coniuncta est, sed terrae divisio alia est, cum non post duas zonas desertum sequatur, sed inter τὴν θηριώδεα et inter desertum magnum ὀφρύη ψάμμου inserta sit, in qua gentium sedes („Oasen") sint. Hanc divisionem consulto ab auctore in his capitibus esse adhibitam ex c. 185 fine intellegimus, ubi dilucide a tertia zona, τῇ ὀφρύῃ ψάμμου desertum seiungitur.

IV 174 in illa periodo qua Herodotum niti vidimus Garamantes legimus esse ἐν τῇ θηριώδεϊ. Quamquam autem in ea parte descriptionis, quam ex periodo Herodotus sumpsit (cc. 168—180), huius zonae mentio non fit nisi hic, tamen hanc mentionem ex descriptione cc. 181—185 venisse propterea putare non possumus, quia ea quae c. 174 de Garamantibus traduntur, cum eis, quae c. 183 narrantur, pugnare iam supra vidimus.

Omnia quae attulimus ut colligamus, tres Libyae divisiones apud Herodotum invenimus inter se diversas: unam in cc. II 31—34, ubi Libya in τοὺς παραθαλασσίους, τὴν θηριώδεα, τὴν ἔρημον divisa est, alteram cc. IV 181—185, ubi in τοὺς παραθαλασσίους, τὴν θηριώδεα, τὴν ὀφρύην ψάμμου, τὴν ἔρημον divisa est, tertiam c. IV 173, ubi in descriptione plane ab antecedenti (cc. 181—185) diversa τὴν θηριώδεα sedem populi cuiusdam esse legimus. Non ergo putari potest, Libyae partitionem esse doctrinam quandam geographicam, quae ex una descriptione in ceteras ab Herodoto translata sit, sed certo dicere possumus, has divisiones, praesertim cum e vera natura terrae ortae sint, in una quaque descriptione genuinas fuisse. Cum cc. II 31—33 descriptionem zonarum secundum naturam loci dari sciamus, cc. 181—185 mentionem τῆς ὀφρύης ψάμμου, quam hoc tantum loco invenimus, ex eo ortam esse verisimile est, quod cum re vera gentium sedes in parte septentrionali deserti sint, Herodoti auctor ex analogia ceterarum zonarum novam sibi finxit.

Capite 186 in orae maritimae descriptione quam supra c. 180 ad Tritonida lacum reliquimus Herodotus pergit, sed inter utramque relationem multae differentiae intercedunt. Prima pronuntiata

complectuntur res quae adhuc nondum dicta erant, usque ad Tritonida lacum Nomades fuisse c. 186: Οὕτω μὲν μέχρι τῆς Τριτωνίδος λίμνης ἀπ' Αἰγύπτου νομάδες εἰσι . . . .; Λίβυες κτλ., et ab his Nomadibus agricolae Libyes distinguuntur, qui a Tritonide lacu in occidentem vergant c. 191: Τὸ δὲ πρὸς ἑσπέρης τοῦ Τριτωνίδος ποταμοῦ Αὐσέων ἔχονται ἀροτῆρες ἤδη Λίβυες κτλ.

Compluribus huius partis (186—196) locis inde quod illo brevi pressoque genere dicendi Herodotus usus est, quod in cc. 168—181 agnovimus, hac quoque in parte periodo eum usum esse intellegi potest. Caput enim 186 incipit a verbis: οὕτω μὲν μέχρι τῆς Τριτωνίδος λίμνης ἀπ' Αἰγύπτου νομάδες εἰσὶ κρεοφάγοι καὶ γαλακτοπόται Λίβυες κτλ. et capitis insequentis initio haec legimus: ταῦτα μὲν δὴ οὕτως ἔχει, τὸ δὲ πρὸς ἑσπέρης τῆς Τριτωνίδος λίμνης οὐκέτι νομάδες εἰσὶ Λίβυες, οὐδὲ νόμοισι τοῖσι αὐτοῖσι χρεώμενοι κτλ. c. 191 describere pergit auctor his verbis: τὸ δὲ πρὸς ἑσπέρης τοῦ Τριτωνίδος ποταμοῦ Αὐσέων ἔχονται ἀροτῆρες ἤδη Λίβυες καὶ οἰκίας νομίζοντες ἐκτῆσθαι, τοῖσι οὔνομα κεῖται Μάξυες, οἳ τὰ ἐπὶ δεξιὰ τῶν κεφαλέων κομῶσι, τὰ δ' ἐπ' ἀριστερὰ κείρουσι, τὸ δὲ σῶμα μίλτῳ χρίονται. φασὶ δὲ οὗτοι εἶναι τῶν ἐκ Τροίης ἀνδρῶν. Ex eo quod brevissime de gente narratur, ubi habitent, qua ratione a finitimis differant[1]), unde genus suum derivatum esse credant, periodum quandam hic quoque Herodotum secutum esse cognoscimus.

Nec minus c. 193/194 verba periodo niti videmus: Μαξύων δὲ Ζαύηκες ἔχονται, τοῖσι αἱ γυναῖκες ἡνιοχεύουσι τὰ ἅρματα ἐς τὸν πόλεμον. τούτων δὲ Γύζαντες ἔχονται, ἐν τοῖσι μέλι πολλὸν μὲν μελίσσαι ἐργάζονται, πολλῷ δ' ἔτι πλέον λέγεται δημιουργοὺς ἄνδρας ποιέειν. μιλτοῦνται δ' ὦν πάντες οὗτοι καὶ πιθηκοφαγέουσι. οἱ δέ σφι ἄφθονοι ὅσοι ἐν τοῖσι ὄρεσι γίνονται. Praeter alia id elucet, gentium enumerationes inter se coniungi verbo ἔχονται, quo in periodo excerpenda Herodotum uti iam supra vidimus (p. 7, 48).

---

1) c. 180 de eorum finitimis cum alia tum similis capillorum habitus consuetudo narratur.

Postquam haec periodi vestigia enucleavimus, examinemus, quomodo sententiarum ordo progrediatur. In primo huius partis c. 186, quod a verbis οὕτω μὲν μέχρι τῆς Τριτωνίδος λίμνης ἀπ' Αἰγύπτου νομάδες εἰσὶ κτλ., multa de Nomadibus Libycis Herodotus narrat, qui inde ab Aegypto ad hunc locum sunt. Tota autem descriptione Libyae pervestigata nullo loco vocabulum μὲν inveni, cui non vocabulum δὲ vel ἀτάρ responderet. Sed hic vocabulo μὲν particula δὲ non in c. 186 respondet, sed c. 187 demum verba: ταῦτα μὲν δὴ οὕτως ἔχει, quae id complectuntur, quod c. 186 narrata sunt sequuntur verba τὸ δὲ πρὸς ἑσπέρης τῆς Τριτωνίδος λίμνης οὐκέτι νομάδες εἰσὶ Λίβυες, οὐδὲ νόμοισι τοῖσι αὐτοῖσι χρεώμενοι κτλ. Quamquam verbis insequentibus Herodotus non de gentibus agit, quae ad occidentem Tritonidis lacus sunt, sed iterum ad Libyes Nomades revertitur et postremo omnium Libyum mores narrat usque ad c. 190, tamen negari non potest, eum verbis c. 187: τὸ δὲ πρὸς ἑσπέρης τῆς Τριτωνίδος λίμνης κτλ. in animo habuisse ad descriptionem gentium occidentalium progredi, praesertim cum iisdem fere verbis: τὸ δὲ πρὸς ἑσπέρης τοῦ Τρίτωνος ποταμοῦ c. 191 revera ad gentes occidentales progrediatur. Inde igitur, quod cc. 186—190 iterum iterumque Nomadum orientalium vel omnium mores tradit, non, sicut F. Jacoby l. l. voluit, concludere possumus cc. 186—190 esse partem dispositionis quam ob eam modo causam Herodotus attulerit, ut omnium Libyum mores describeret, sed videmus, iam inde a cc. 186—187 Herodotum ad gentes occidentales progredi voluisse, post prima autem semper verba descriptionem excursibus interrupisse. c. 191 denique gentium ordinem describere pergit, cum de Maxyum gente narrat. Ea autem, quae tum sequuntur, de totius Libyae solo et bestiis et rebus mirabilibus agunt; c. 192 ad Libyum Nomadum terram nondum revertitur, sed in gentium enumeratione progreditur demum c. 193, ubi Zauecum et Gyzantum gentes describit.

Post ultimae quam enumeravit gentis descriptionem c. 195 historiolam narrat quam a Carthaginiensibus accepit et huic fabulae aliam annectit item ex Carthaginiensibus auditam quae de

gente quadam agit, quae ultra Herculis columnas sedes habet. Postquam hoc modo ad finem occidentalem Libyae venit, ceterarum quae oram maritimam tenent oblitus, quasi enumeratio perfecta sit, ad aliam rem aggreditur.

Ex eis quae allata sunt manifesto apparet Herodotum hac quoque in relatione cc. 186—196 periodi auxilio esse usum, sed non minus aperte videmus ipsum multo plura addidisse periodo quam cc. 168—180. Quamquam autem post Zauecum enumerationem Herodoti descriptio non porro progreditur, causam non tenemus, cur dicamus, periodum hic fuisse finitam, sed verisimilius est, periodum ab Herodoto esse relictam. Periodus autem eademne sit atque ea quam prioris partis descriptionis fundamentum (cc. 168—180) fuisse vidimus, quamquam pro certo diiudicare non possumus, tamen nulla re cogimur putare huic descriptioni aliam periodum subfuisse atque capitibus 168—180, praesertim cum genus scribendi utroque loco idem sit et utroque loco oppidorum ad oram maritimam sitorum mentio omittatur. Praecipue id nobis mirum est, Carthaginis descriptionem non praeberi, quamquam Carthaginienses saepius commemorantur.

Plurima ab auctore relationi addita esse ex diversis indiciis intellegimus. Gravissimum indicium eis locis offertur, ubi dicit, unde quae narrat acceperit. Quae cc. 187—190 dicta sunt affirmantur verbis additis λέγω τὰ λέγουσι αὐτοὶ Λίβυες, et inde a c. 195 ad c. 196 Carthaginiensium narrationem referri intellegimus verbis c. 195: κατὰ τούτους δὲ λέγουσι Καρχηδόνιοι κεῖσθαι νῆσον κτλ. et c. 196: λέγουσι δὲ καὶ τάδε Καρχηδόνιοι κτλ.

Aliud indicium inde tenemus, quod Herodotus ad ea quae modo dixit, quid ipse de ea re sentiat, affert. c. 187 de valetudine Libyum ipse iudicat et c. 189 (δοκέει δ' ἔμοιγε κτλ.) ex sua scientia nonnulla refert. c. 195 quod ipse vidit cum Carthaginiensium narratione comparat.

Accedunt denique ii loci, ubi ipsum genus dicendi ab eo quo periodi uti solent, tantopere differt, ut Herodotum aliunde hausisse cognoscere possimus.

Fundamentum igitur huius quoque descriptionis (cc. 186—190)

periodus erat. Unde autem additamenta crebra, quibus eam ornavit, fluxerint, dubitare non possumus, cum legamus, eum et c. 191 ex Libybus, cc. 195 et 196 ex Carthaginiensibus se sua accepisse confiteri et c. 192 de eo, quod modo narravit, affirmare: ὅσον ἡμεῖς ἱστορέοντες ἐπὶ μακρότατον οἷοί τε ἐγενόμεθα ἐξικέσθαι. Nimirum ut in Scythiae descriptione hic quoque Herodotus multa, quae ipse percontatus est, inseruit.

Omnis Libyae descriptio cc. 197—199 finitur et facile videre possumus c. 197 verba capitis 167 suscipere. Ibi enim (c. 167 in exitu) haec leguntur: Λιβύων γὰρ δὴ ἔθνεα πολλὰ καὶ παντοῖα ἐστί, καὶ τὰ μὲν αὐτῶν ὀλίγα βασιλέος ἦν ὑπήκοα, τὰ δὲ πλέω ἐφρόντιζε Δαρείου οὐδὲν, hic c. 197 legimus: καὶ τούτων οἱ πολλοὶ βασιλέος τοῦ Μήδων οὔτε τι νῦν οὔτε τότε ἐφρόντιζον οὐδέν· τοσόνδε δὲ ἔτι ἔχω εἰπεῖν περὶ τῆς χώρης ταύτης, ὅτι τέσσερα ἔθνεα νέμεται αὐτὴν καὶ οὐ πλέω τούτων ὅσον ἡμεῖς ἴδμεν καὶ τὰ μὲν δύο αὐτόχθονα τῶν ἐθνέων, τὰ δὲ δύο οὔ, Λίβυες μὲν καὶ Αἰθίοπες αὐτόχθονες, οἱ μὲν τὰ πρὸς βορέω, οἱ δὲ τὰ πρὸς νότου τῆς Λιβύης οἰκέοντες, Φοίνικες δὲ καὶ Ἕλληνες ἐπήλυδες. Inter utramque relationem id commune est quod minor gentium pars in regis Persarum dicione ac potestate est. Quae praeterea dicta sunt, inter se non pugnant, nam ἔθνεα quorum c. 167 Libyam magnus numerus tenet eae gentes sunt quas postea accuratius agnovimus. C. 197 autem ἔθνεα τέσσερα genera sunt quae nos vocamus „Rassen".

Eam de quattuor generibus doctrinam pars sequitur qua Libyae fertilitas cum Babyloniae comparatur. Quarum terrarum quae maximo spatio seiunctae sunt comparationem a nullo nisi ab Herodoto ipso institutam esse per se apparet. Etiam hic de Libya tali modo loquitur, quasi oppidorum ad mare sitorum descriptionem iam dederit (cf. p. 52, 62).

Haec verba quae descriptionis Libyae geographicae finem faciunt sequitur cc. 200—205 narratio belli quod Persae contra Libyas gesserunt. Sed ex belli historia nihil ad gentium ordinem agnoscendum intellegi potest.

Omnia quae adhuc diximus ut complectamur, descriptionis Libyae hos auctores discrevimus:

1. τὴν περίοδον, qua Libya inde ab Aegypto usque ad Tritonida lacum describebatur (cc. 168—180),
2. mercatoris cuiusdam relationem quam vel scriptam vel ex ore auctoris ipsius Herodotus accepit (cc. 181—185),
3. periodum, qua ea pars Libyae describebatur, quae ad occidentem Tritonidis lacus est (cc. 186—196). Verisimile est hanc periodum eandem esse atque eam qua Herodotus cc. 168—180 utitur,
4. ea, quae ab indigenis Herodotus accepit, unde nonnulla in priorem periodum, multa in posteriorem inseruit:
   a. Priori periodo (cc. 168—180) pro certo addita sunt
      c. 172 verba quibus Nasamones cum Massagetis comparantur (p. 51),
      c. 173 quae de Psyllis narrantur (p. 49),
      c. 179 quae de Tritonide lacu traduntur (p. 51),
      c. 180 verba, quibus Herodotus dicit, quid ipse de more quodam Auseum cogitet (p. 52).

Fortasse addita sunt, quae

c. 168 de pediculis (p. 51),
c. 172 de locustis narrantur (p. 51).

Nasamonum utra descriptio ab altera pendeat, ea c. 172 an c. 182, diiudicare non possumus (p. 54).

   b. Quod ad posteriorem partem descriptionis attinet, pauca periodi vestigia inveniuntur: prima verba capitum 186, 187, 195 (usque ad: φασὶ δὲ οὗτοι εἶναι τῶν ἐκ Τροίης ἀνδρῶν), tota capita 193 et 194 (p. 60/61).

Additamenta unde sumpserit, Herodotus narrat cc. 187—190, quae a Libybus accepit, et cc. 195—196, quae de Carthaginiensibus accepit (p. 90). Ipse huic descriptioni nonnulla addidit.

cc. 187, 189, 195 (p. 62).

Plurima autem additamenta non nisi ex genere dicendi mutato cognoscere possumus.

5. belli narrationem, quae cum terrae descriptione nullo vinculo cohaeret.

Restat ut perscrutemur, quomodo cum ceteris geographis Ionicis Herodoti descriptio cohaereat, e quibus primus spectandus est Hecataeus Milesius. Ex fragmentis a Carolo Müllero collatis[1]) apparet Hecataeum descriptionem accuratiorem praebuisse quam Herodotum, nam praeter gentes oppida quoque et insulae enumerantur. Quamquam autem ab Herodoto oppida et insulae descripta non sunt, tamen iam supra (p. 52) vidimus in ea periodo quam secutus est oppidorum et insularum quae in ora maritima sunt mentionem non defuisse. Cum hac in re descriptiones Herodoti et Hecataei consentire videantur, longius totas descriptiones nos comparare non posse apparet. Singula autem indicia nobis ea gentium nomina praebent, quae et Herodotus et Hecataeus tradunt. fgm. 302 secundum Steph. Byz. Hecataeus praebuit: Ψυλλικὸς κόλπος, μέγας καὶ βαθύς, τριῶν ἡμερῶν πλοῦς, quocum conferri potest Her. IV 173, ubi Psyllorum mentio secundum periodum fit. Cum autem nomen ipsum Psyllorum in hoc Hecataei fragmento non legamus, iudicare non possumus, num cognatio inter utramque descriptionem sit.

fgm. 304. Steph. Byz.:

Μάζυες οἱ Λιβύης νομάδες· Ἑκαταῖος περιηγήσει· εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι Μάξυες καὶ ἕτεροι Μάχμες.

Ex forma fragmenti elucet, Hecataeum nomen Μάζυες praebuisse, Stephanum Byzantinum autem duo alia nomina addidisse, quae ab Hecataei vocabulo differant. Stephanum Byz. saepius ad scriptoris cuiusdam verba aliorum virorum vel sua verba addere ex aliis fragmentis intellegi potest[2]):

fgm. 3. (Steph. Byz.): Καλάθη πόλις οὐ πόρρω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Ἔφορος δὲ Καλάθουσαν αὐτήν φησιν et fgm. 43. (Steph. Byz.): Ζάγκλη· πόλις Σικελίας.

---

1) F. H. G. I fgm. 299—327.

2) Cur cum C. Muellero enuntiati posterioris verba mutemus, causam non habemus.

῾Εκαταῖος Εὐρώπῃ· οἱ μὲν ἀπὸ Ζάγκλου τοῦ Γηγενοῦς ἢ ἀπὸ κρήνης Ζάγκλης· οἱ δὲ διὰ τὸ ἐκεῖ Κρόνον τὸ δρέπανον ἀποκρύψαι, ᾧ τὰ τοῦ πατρὸς ἀπέκοψεν αἰδοῖα.'

Posterius autem enuntiatum: εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι Μάξυες καὶ ἕτεροι Μάχμες magnam similitudinem cum Her. IV 180 et 191 praebet:

c. 180: καὶ οἱ μὲν Μάχλυες τὰ ὀπίσω κομῶσι τῆς κεφαλῆς,

c. 191: Λίβυες .... τοῖσι οὔνομα κεῖται Μάξυες, οἳ τὰ ἐπὶ δεξιὰ τῶν κεφαλέων κομῶσι, τὰ δ' ἐπ' ἀριστερὰ κείρουσι κτλ., nisi quod pro Μάχλυες nomen Μάχμες fragmentum illud praebet. Quodsi nomen Μάχμες errore ex Μάχλυες perversum esse putamus, suspicari possumus, ex Herodoti descriptione a Stephano vel eius auctore enuntiatum posterius ad Hecataei verba additum esse. Cum hoc enuntiato posteriore prius omnino non cohaeret, quia posteriori vocabulo Μάξυες prius nomen Μάζυες respondet. Sin vero nomina Μαζύες et Μάξυες idem volunt, inter Hecataeum et Herodotum hic differentiam intercedere dicere possumus. Nam apud Herodotum Μάξυες sunt ἀροτῆρες (IV 191), cum fragmentum Hecataei Μάζυας Nomades nominet. Itaque nullo modo fieri potest, ut cum F. Jacoby inde, quod haec nomina sui similia sunt, concludamus Herodotum hoc nomen ex Hecataei opere sumpsisse. Immo vero si hoc facimus, discrepantiam inter eos tenemus. Sed cum verborum contextus non bene nobis traditus sit, nihil certi habemus, quo niti possimus.

fgm. 307: Ζαύηκες· ῾Εκαταῖος. Idem nomen tradit Herodotus IV 193. fgm. 305. (Steph. Byz.): Μέγασα, ὡς Γέρασα, πόλις Λιβύης. ῾Εκαταῖος περιηγήσει Ἀσίας· ἐξ αὐτῆς Σιτοφάγοι καὶ Ἀροτῆρες".

Apud Herodotum IV 187 aratorum gentes incipiunt a Tritonide lacu. Quodsi Hecataei verba significant, ex oppido Megasa aratores quosdam ortos esse, nullius nobis momenti sunt, cum non sciamus, num oppidum illud ad occidentem Tritonidis lacus sita fuerit, ubi apud Herodotum aratorum sedes sunt. Si autem sic vertendum est, inde ab oppido Megasa aratorum regionem incipere, eam differentiam habemus, quod Herodoto aratorum sedes a lacu quo-

dam, Hecataeo inde ab oppido quodam incipiunt. Sed certum indicium non tenemus.

fgm. 318. (Steph. B.): Δούλων πόλις, Λιβύης, καὶ ἐὰν δοῦλος εἰς τὴν πόλιν ταύτην λίθον προσενέγκῃ, ἐλεύθερος γίγνεται, κἂν ξένος, conferatur cum Her. II 113: ἦν δέ ἐπὶ τῆς ἠιόνος, τὸ καὶ νῦν ἐστι Ἡρακλέος ἱρόν, ἐς τὸ ἢν καταφυγὼν οἰκέτης ὅτευ ὦν ἀνθρώπων ἐπιβάληται στίγματα ἱρά, ἑωυτὸν διδοὺς τῷ θεῷ, οὐκ ἔξεστι, τούτου ἅψασθαι. Sine dubio utrique scriptori eadem fere res obversatur. Sed singula, quae proferunt, quam maxime discrepant, siquidem Herodotus de templo Aegypti, Hecataeus de oppido Libyae agit, ratio autem, quomodo servi liberi fiant, plane diversum in modum refertur[1]).

Ex omnibus igitur fragmentis quae ad rem attinent neque cognationem neque differentiam inter Herodoti et Hecataei descriptiones interesse certe dicere possumus. Id solum apparet, Hecataei descriptionem multo accuratiorem fuisse quam Herodoti.


Etiam inde quod Scylacis descriptio multis locis cum Herodoti congruit, quam rem Jacoby vidit, certi nihil efficere possumus. Nam ut Scylax et Herodotus ex eodem auctore sua sumpserint, causam intellegere non possumus, cur Hecataeum hunc auctorem esse dicamus.

Si Ephori Cumaei fragmenta perquirimus, nihil notabile invenimus nisi F. H. G. I fgm. 96: Apostolius Proverb. VII 37: Δούλων πόλις, ἐν Λιβύῃ. Ἔφορος ε'. Eadem Suidas, quocum conferantur Herodoti II 113 et Hecataei illud fgm. 318, de quibus modo egimus. Hoc loco Ephorum non cum Herodoto, sed cum Hecataeo congruere apparet, siquidem ipse quoque non de templo Aegypti sed de oppido Libyae refert Quamquam autem nimis audax sit, si quis ex hoc uno loco certum indicium proferre velit, tamen res digna est, in quam animum advertamus. Nam hoc quoque argumento uti possumus, ut eam opinionem fulciamus, qua supra, cum de Scythia ageremus, putavimus Ephorum in terris describendis non Herodoti auctoritatem sed geographos Ionicos secutum esse.

1) Hanc rem exposuit Diels Hermes XXII.

Vita.

Fredericus Carolus Windberg natus sum die XXI mensis Septembris anni 1889 in vico Hannoverano, cui nomen est Gross-Fullen, patre Frederico matre Sophia de gente Arndt. Profiteor fidem evangelicam. Literarum primis elementis Emdae imbutus sum, quo in oppido inde ab anno 1894 parentes mei habitabant, qui tum Gottingae sedem collocaverunt, ubi ad hunc diem sunt. Postquam per novem annos gymnasium Emdense frequentavi, maturitatis testimonio accepto inde a vere anni 1907 usque ad ver anni 1908 Lipsiae studiis philologicis historicis archaeologicis operam dedi, deinde ad Georgiam Augustam me contuli, cuius discipulum adhuc me fuisse valde gaudeo. Maximas semper habebo gratias viris clarissimis, qui me docuerunt, Bethe, R. Heinze, Lipsius, Schreiber, Studniczka, Wilcken Lipsiensibus; Baumann, Brandi, Busolt, Husserl, Körte, M. Lehmann, Leo, Pfühl, Schwartz (nunc Friburgensi), Wackernagel, Wendland Gottingensibus, quorum plerique etiam, ut exercitationibus interessem, benigne concesserunt. Plurimum autem debeo Maximiliano Pohlenz, qui inde ab initio omnibus studiis meis semper maxime favit et in hac dissertatione perficienda magna cum benevolentia me adiuvit. Praeterea viris doctissimis Busolt, Sethe, Trautmann, qui hic illic libenter consilio me adiuverunt, ex animi sententia gratias ago.



Tabula I,
quae illam Scythiae imaginem praebet, quam Herodotus ab auctore suo accepit.

Agathyrsi Neuri Androphagi Melanchlaeni

Tanais

Sauromatae

Budini

Ister

Σκυθίη ἀρχαίη

Carcinitis

TAURI

Bosporus Cimmericus

Tabula II, quae eam Scythiae imaginem praebet, qua Herodotus in capitibus 99—101 scribendis usus est.



Tabula III, quae Ephori gentium ordinem praebet.